



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guida per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri


La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

5

CASIMIRIENSE



ΛΛΔ. VI. I4







*Joseph Pruckner*  
**ANDREAE**


**DACTII PA-**

**TRICII ET ACADE**

**MICI FLOREN**

**TINI POE-**

**MATA.**



**FLORENTIAE**  
**apud Laurentium Torrentinum.**

**M D X L I X.**

*Cum Privilegio.*



THE NEW YORK

LIBRARY

OF THE

ALBANY

AND

WATERBURY

LIBRARY

ALBANY  
AND  
WATERBURY  
LIBRARY  
OF THE  
NEW YORK  
LIBRARY

ALBANY  
AND  
WATERBURY  
LIBRARY  
OF THE  
NEW YORK  
LIBRARY

ALBANY

COSMO MEDICI FLO-  
RENTIAE ILLVSTRISSIMO  
DUCI I. I.

Ioannes Dactius S. P. D.



VANQVAM à patre  
meo, dum adhuc inter  
mortales degeret, audi  
erim optime Princeps,  
hanc quam vitam ap-  
pellamus, nō solū mor-  
tē esse, sed etiam mor-  
tem tristem, ac miserandam; dum animus  
ipse corporeis custodiis detinetur, in qui-  
bus nihilominus retinēdus est, quousque  
nos Deus ab eis liberauerit, cuius iniussu  
licet è uita hominum migrandum nō sit,  
tamē plurimum est desideranda ea, quam  
omnes probi beatitudinē apud coelestes  
animos crediderunt, neque de hac quic-  
quam humana post bene actam uitam est  
curandum, an ne per ora hominū defera-  
ris, siue non, quid enim mihi prodest post  
mille annos etiam maximæ esse admira-  
tioni? Verumtamē ne uideā iā iā paternā  
pietatem despexisse; partus quosdam in-

genii sui quos viuis adhuc tibi parabat;  
 & alios nonnullos, quos cæcus ipse miser  
 forte elaborans, ultimam manum nō im-  
 posuit simul omnes construens, quicun-  
 que sint, ad te delego. Nō sanē vt inde pa-  
 renti optimo nomen querā, quamuis nec  
 omnino spernendum sit quid de nobis  
 homines senserint, sed vt numine tuo, si-  
 quid in eis boni erit, cæteri potiantur: cer-  
 tus equidem sic eos tutiores in manus  
 hominum deferendos: tam & si ægre ferā  
 quāplurimos abortus ob imperfectio-  
 nem reliquisse, quibus misere post mul-  
 tos labores petulans ipsa flamma potita  
 est. Ego autē id perficiēs quod pater ipse  
 morte correptus quā paratum reliquit,  
 duntaxat cupio vehementissime, ut uul-  
 tu hilari suscipias, meque simul tibi deuo-  
 tissimum intelligas, & quemadmodū se-  
 nem illum omni cura fouebas & benefi-  
 ciis maximis afficiebas continue,  
 ita obsecro mihi iuueni dein  
 de faucas & opitule-  
 ris; dum tibi foelici-  
 tatē exopto.

Vale.

# ANDREAS DACTIVS PETRO

SOTERINO. S. P. D.

**A**lexander ille Macedo, qui postea de rebus a se  
gestis, magnus est appellatus: opt. p. S. Cū post o-  
bitū patris omnes bellicos apparatus in Persas maxi-  
mopere traducere festinaret: semel atque iterum re-  
uocatus a finitimis, non prius in Asia fines exercitū  
traiecit, quam Tribalos & alios conterminos populos  
armis compefcuit: et uniuersam Graciā Thebis euer-  
fis quacūque ratione pacauit. Vsq̃ue adeo propinquis  
quam remotis negotiis omnes uehementius afficimur.  
Quod idem, si parua licet componere magnis, penē  
mihi nunc euenisse sentio. Nam cum Diodori Siculi  
de gestis, Alexandri tuis auspiciis, traduci captam,  
perficere festinaremus historiam: nouarum rerū no-  
stra ciuitatis interuentū reuocati, propiora circum-  
spicere coacti sumus: & relictis sarissis & acinaci-  
bus, ad pacis operā conuerti. Quid nīmo bellicis rebus  
tanto meliora non intelligit: quanto prestantior finis  
ijs qua geruntur ad fixa. Quod nec Alexander ipse,  
quanuis bellacissimus, improbauerit. Qui (siquid Pla-  
tarcho credimus) ea mente demum bellum gerebat;  
ut ad meliora conuerso mox orbi, pace consuleret. Bo-  
na igitur tam prestantis animi uenia, Gesta uiri  
iamdudum late per orbem detantata; parumper di-  
stulimus: Et eius exemplis ad propiora conuersi, Pa-  
negyricum carmen in undequaque prestantissimum  
uicrum Cosmum Paccium nuper Antistitem no-  
strum pro tempore cursim lusimus. Quod tamen di-



## § ANDREAE DACTII

plicis argumenti ratione, sic ad eum pertinere volui-  
 mus: ut etiam tibi iure optimo deberetur. Nam cum  
 ciuitas, omnis aly's, in sacra diuidatur & proph-  
 na: & utraque pro ducis ingenio uel bene uel male  
 quandoquo gubernentur: Prophana iam dudum per  
 te pulcherrime constitutis, et mox per illum sacris pa-  
 riter constituendis, omnia nostra ciuitatis optime ces-  
 sura non minus concinimus, quam confidimus. Quis  
 hic iam non intelligat laudes tuas pariter celebrari?  
 Quamuis in Cosmo diffusiores simus, pene singulas e-  
 ius actiones ab incunabulis ad hanc etatem referen-  
 tes, tua uero per capita sic attingamus: ut ad alia fe-  
 stinare uideamur. Quod eo consilio fecimus; ut non  
 sine tuo praconio, causam tuam nobis integram relin-  
 queremus: olim qua nunc inuimus ex professo decan-  
 taturi. Sed quid ego ~~omnis~~ hac prosequor? Qua uel  
 prima fronte facile cognoscet: ut primum carmen le-  
 gendum suscepis. Suscepis autem cū per multas oc-  
 cupationes, quibus ~~primum~~ tibi lacuerit: non absque  
 graui (sicut in ceteris soles) examine. Quo circa me-  
 mineris hac subito calore profusa, non minus graui-  
 rem critici censuram mereri: quam respicere. Quippe  
 qua nonnunquam sylvae titulo praenotata: quod emen-  
 dare possis ingenue sibi superesse non diffiteantur: a-  
 gnoscet inde tamen, cum palam uestra munus obser-  
 uantia: tum quasi per nebulam; qualem me laudum  
 suarum poscentibus temporibus praconem sis habitu-  
 rus. Quod prope futurum iam pridem sic animo con-  
 cepimus: ut hanc ipsam nostram festinatione praeuen-  
 turam iri iam iam uidere uideamur. Vale.

# ARGVMENTVM

2

Cum ferus Odrysios agita ret in aere currus.  
 Et quateret Latij Martius arua furor,  
 Sana cruentatis Bellona iugalibus orbem  
 Terruit: immittes ut sonuere tuba;  
 Rupta quies populis, turbat aque fœdera rerum,  
 Impleunt querulis tristia sicla modis.  
 Somidum profugus latebras chorus: exul Apollo:  
 Quasuit trepida condita lustra fuga.  
 Ast tibi bellorum medio fortuna tumultu  
 Effera conuersis ora retorfit equis:  
 Prima salus placidum trepida caput exerit urbe,  
 Floridaque horrifico liberat arua metu.  
 Ornata tranquilla sua pax diua resurgit,  
 Et uernat gemino sidere letæ Ceres.  
 Phæbe redis: Comitesque sacra iuuat alta uirorum  
 Nomina, per titulos concelebrata suos.



# ANDREAE DACTII PANEGR

ricum Garmē ad praestantis. virum, Cosmum  
Paccium Florentinum Pontificem in  
eiusdem laudes feliciter incipit.

*Capitulum I. In quo*

**I**ndudum rapida disiecit mole procella  
Indulgere Deos, astris felicibus, ubi  
Crediderim: cum leta nouo decorauit ouantem  
Imperio fortuna uirum: fessisque salutis,  
Et aud dubio certum monstrauit remige portum,  
Puppibus: aetheria resecato lampadis igne.  
Instabilisque uado quondam ratis, aequoris alti  
Summa tenens, Scythici contempsit murmura ueti:  
Antiquum decus, et uestigia sacra parentum,  
Ancipiti terrore fidem oppugnante secuta.  
Illa dies stygia mersam caligine terram  
Flammiferis lustrauit aquis: et luce corusca  
Densa procellosi laxauit nubila calis.  
Inque suam faciem rediit polus: Aetheris alti  
Aurea pacatis fulxerunt ignibus astra.  
Tum uenti posuerunt: Siletque inclusa tenebris  
Hippotada furibunda coars: et carcere clauso  
Prodyt alma quies pelagoque illapsa trementi  
Turbida fluctisoni composcunt. aquora Ponti.  
Immotasque dedit pacatis fluctibus undas.  
Agnouere deos tellusque, et pontus, et aether.  
Nam quis mortali maiora pericula capto  
Nescius humana miseris medicamina dextra  
Credidit esse satis? Corruptis ossa medullis  
Tabuerant late: nec fado uulnus hiatus

*Marcida tabifica retegebat viscera pestis.  
 Maior erat facie quam qua prodiret aperta  
 Vis intermali: quam qua sperare salutem  
 Pollicitaretur. Nec tactus agra salubres  
 Membra pati, medicasque manus lenire dolores  
 Voti summa fuit; votis maiora precantes  
 Assequimur laxas ut primum rector habenas  
 Inspexit: Curaque animum defixit in illa.  
 Admouitque manus, serpentis tabida morbi  
 Vlcera letiferas paulatim amittere vires  
 Cernere erat: sensimque novas increfcere carnes  
 Pestifero cedente malo, dum laxa coiret  
 Rictibus inuersis obducta pelle cicatrix.  
 Quid si fata sinant & iusti numina voti  
 Auspicijs foueant exordia tanta secundis,  
 Ore canam maiore virum: dextraque potentis  
 Alti sono referam sublimia carmine gesta.  
 Audiet Hesperius Betim mirabitur Indus,  
 Consilium pectusque viri. Sarraca Boota  
 Grandia prascita relegent praeconia fama,  
 Feruidus ipse alios mirari desinet axis.  
 Tuque adeo tanto Florentia praeside felix:  
 Protinus aethery nunc dictata Tonantis  
 Concipies, tollesque montes ad sidera uulsus  
 Praesidio secura Dei, laeq;ue potenti  
 Iura manu, gladiumque ferens: subiecta uidebis,  
 Imperij fines, gemini magna caerula Ponti.  
 Ni frustra natum monitus, & sidera cali  
 Inspicimus: Vanasque dedit decepta uetustas  
 Aeternum uita peritura in sacula leges.*



Sed neque tam superis non sunt mortalia cordis :  
 Humanumque genus damnata prodyt alio :  
 Cetera cum teneant positas animantia metas :  
 Vna capax superum, diuina mentis imago,  
 Vt spatij incerta ruat : frustra que uagetur :  
 Subdita perpetuis hominum natura tenebris,  
 Quanto summis cognata deis tam nescia ueri.  
 Quemque locus iactis feriat prae docta sagittis :  
 Et iacula & pharetras & robera nescias arcus.  
 Scilicet alitibus pelagique feracibus undis  
 Consuluit natura parens : sua commoda norunt  
 Quadrupedes : inopi metuit formica senecta  
 Ante niues nimbosque graues : atque aethere sudo  
 Buccula praesentit pluuias : & garrula cornix :  
 Sentiet instantis, iam pondere pressa ruina  
 Infelix hominum frustra uecordia, casus.  
 Usque adeo ne furor quamquam tenet : exiit ullus  
 Sic hominem ; captusque animis induruit amens ?  
 Vt quae summa tenent, seris complexa minorum  
 Virtutem, subito perueniat ad infima lapsu  
 Seque suosque graui uelut attriuisse ruina.  
 An ne aliquem tanta prorsus caligine mergi  
 Credendum, uideant alij ; mihi sacra prophanis  
 Permiscere nefas, & laetae tristitia rebus,  
 Quem sacra promerit : & praecordia cedere fame  
 Mensa iubet : raptumque uolua super ethera pennis  
 Praescia fatidici reserare sacraia Phoebi.  
 Conceptasque dei numeroso pectore uoces  
 Haud dubijs proferre notis ; iam membra pererras  
 Delius : & magno saluunt praecordia motu .

Angustum que deo pectus tumet: astuat intus  
 Mens animis complexa suis maiora: nouumq;  
 Iussa canit populis uentura in sacula carmen.  
 Solue metu trepidam superum gens conscia mentem,  
 Finis adest scelerum. polluti lathifer orbis  
 Effluxit uenis late cruor: irrigat hausta  
 Vinidas atque intus pascit uit alia sanguis:  
 Antiquusque redit membris uigor: exue luctus  
 Induuias ueterisque cape ornamenta decoris:  
 Laeta quater gemini redeunt tibi sacula iam.  
 Talia quis uero dubitaret Apollinis ore  
 Edit: terrarum quam mox implenda per orbem?  
 Mentiri quis fata putet? Tu conscia sacri  
 Pectoris: & fidens superis Florentia: quicquid  
 Crediderint alij, solemnia concipe uota;  
 Spesque animo tranquilla foue. tibi certa futuri  
 Signa patent decoris; tantaeque accommodata mola  
 Fundamenta uides. & summa aenia surgunt  
 Ad pinnas: urbemque noua cinxere corona.  
 Iam turres aequis spatij: tam munia fosse  
 Dant animos: media iam talitus exerit urbe  
 Attollens arx alta caput: iam sidera tangit  
 Vel posita secura suo: lateq; minatur  
 Mole noua: tutoque parat cultoribus agros  
 Eminus: & nutu uicinas terreat urbes.  
 Aspice qua sumptis pubes effulget in armis:  
 Peruigil & patrios feruat custodia fines:  
 Mox populos pressura metu, Quo iure manuque  
 Temperat unanimem prudentia principis urbem.  
 Sed quid ego angustiis tam grandia finibus amens.

## IN ANDREAE DACTYL

Amplecti frustra nitor. sic aquora Ponti  
 Littoris arcta capit fluctu exundante, lacuna:  
 Oceanunque brevis complectitur Hellespontus.  
 Maiores hac signa manus, maioraque poscunt  
 Gesta tuba grauiore cani. signasse per umbram  
 Sat fuerit nunc ista notis: mox cimine certo  
 Cum uires animo tempus dabit, actaque uerbis  
 Aequauisse fides studijs increuerit olim:  
 Moliar ingentes diuini carminis orsus.  
 Nunc stadium ad positam liceat decurrere metam.  
 Exiguoque breuem molimine claudere gyrum:  
 Iam pronis certamini equis, iam carcere rupto  
 Puluere confpersis cauea plaudente quadrigis.  
 Ergo age compositis certa sub lege prophanis  
 Religionis opes, & sacris debita templis  
 Nomina: & addictam superis circumspecte turbam.  
 Fas mihi uera loqui, Pastore carentia totis  
 Errabant armenta uis: passimque soluti  
 Per dumeta greges: ceteraque per auia noctis,  
 Lata uagabantur sanctorum prada luporum.  
 Quosque alijs uoluit, sancta documenta seueris  
 Moribus omnipotens exempla tradere uitae:  
 In laqueum cecidere homini. mersusque profundis  
 Errorum nebulis: caligine ductor eadem  
 Mersit anhelantem sua post uestigia turbam  
 Hinc facunda mali contagia, diraque labes  
 Criminibus seuire notis: hinc serpere late  
 In populos miseranda lues: frenisque solutis  
 Permissum fas atque nefas: positoque pudore  
 Venales animas dira scelus attulit artis.

Iamque arcem et primas uitium sibi poscere partes.  
 Præstat & esse nocens scelerum iam sola uoluptas  
 Perfectum uerūque bonum summūque. Quid autem  
 Prosequor infanda miseranda piacula Vita.  
 Scilicet exhaustos libet inspectare labores,  
 Nauis fragosque maris fluctus, saeuasque procellas.  
 Cum portum tenuera rates: rabidique furores  
 Pace referre iuuat, & summa pericula Martis.  
 At nondum seui discrimina mensa profundi  
 Nostra ratis, portumue tenet: sed fluctuat ingens  
 Pontus adhuc: horretque feris Gradivus in armis.  
 At procul inमितem, turbato pectore, pugnam  
 Gorgoneos metuens uultus, campumque reliquit:  
 Sacraque Palladio: sequitur concordia gressus:  
 Tum nubes cessere graues: uentique ruina.  
 Fulxeruntque leuis per summa cacumina mali.  
 Concordes animæ, reuocato Castore, Pollux:  
 Certa salus nautis, tranquillo cadere ponto  
 Quis Iouis auspicijs, astrisque iubentibus horret?  
 Haud equidem portum & naualia fida tenentem  
 Prætulermis tunidum, uelo remoque, carnis  
 Ominibus nutuque deum, scindantibus aquor.  
 Nec frustra ueterū perhibent monumenta parentū:  
 Fortunam populi dominantum forte Virorum  
 Mutauisse uices, undantes sanguine campi  
 Cannarum, at Libysa dissecta Marte secures:  
 Infelix Varrois opus. Prospexit eadem  
 Obsessas, captasque die Carthaginis arces.  
 Hesperia Sol altus adhuc: cum iunxit Iberis  
 Scipio Sidonios, generoso Marte triumphos.



Insignes caudi Romano vulnere furcas  
 Credula Posthumij mens reddidit: omine uerso  
 Dedecus Aeneadium properatis abstulit armis  
 Subiuga comiecto uictore Papyrius hoste.  
 Alia funesto maculauit nomine fastos  
 Auspiciibus Fabijs: Cremera non fadior olim  
 Romulidum strages: dedit in Capitolia flammam  
 Illa dies: tum uicta furens per mania Gallus,  
 Inuoluit captam flammis & cadibus urbem.  
 Pensantes aurum patrijs a sedibus exul  
 Aggressus: magna restinxit cade Camillus  
 Ardentis patria muros, atramque fauilla  
 Purpureo textit Gallorum sanguine terram.  
 Altius antiquae certamina prospice gentis:  
 Si non Roma satis, totus tibi panditur orbis.  
 Assyrios, summaque uicinas fastigia Hini:  
 Quaeque Semiramio Babylon fundata labore est:  
 Sardana pallai mollis uoluntate luxus  
 Accepisse iugum, uictisque ingentia Medis  
 Ad Persus Asia migrasse insignia regni.  
 Donec Athenas subuertit Pelia phalangas,  
 Usque adeo multum, certa discrimine refert.  
 Quo dace bella gentes, chaos commissa geratur  
 Publica res anibus, crustae tollere casus.  
 Non homini penitus licuit transire fata:  
 Delectumque datum, hinc simulacra futura  
 Praeteriti mores, transactaque tempora reddunt.  
 Hinc post Picini cladem, Trebiisque cruentum  
 Etrusque lacus maculatos sanguine fluctus:  
 Maximus imperium Romaque suscipit orbis.

Cōfatorque noua Libycum premit arte Tyrannum:  
 Concepit Tyrias pubes Romana triumphos:  
 Magnarumque modum cladum, finemque laborum  
 Cum primum Libya consil penetrant in oras  
 Publius: Hesperio uirtus spectata sub axe,  
 Porrexitque hilarem leto certamine frontem,  
 Spe superante metum patrios excedere mores  
 Hannibalisque minas inter Macedumque furorem  
 Credidit esse nefas. sic olim Graia propago  
 Principibus letata suis. sic Barbara pubes,  
 Hebraeumque genus: magno dilecta tonante  
 Progenies: tituloque sacri insignita peculi:  
 Aurea cum primum gestaret sceptrum Tyrannus:  
 Aut secreta nouus intraret templa Sacerdos:  
 Festa coronatis duxit solennia pompis.  
 Indulxitque choris: plenis conuiuia mensis  
 Accepere epulas largo resoluta Lyco.  
 Increpuere lyrae: letoque per anapla tumultu  
 Atria, fidereas pulsarunt carmina sedes.  
 Nec uero quondam tantæ cognominis heres.  
 Dedit nata fides ueterum documenta parentum.  
 Accepitque libens læti solennia sacri  
 Principibus celebrare suis. Quid pectora porro,  
 Quid totam prohibet laxare in gaudia mentem?  
 Oblitumque sui, festi per compita saltus  
 Exultare choris: lætaque ad sidera uoces  
 Carminibus proferre nouis: iam gaudia pectus  
 Non capit: erumpunt iniussu gutture mentis  
 Iubila: nec frenos animus sibi temperat, ingens  
 Intus lætitiæ gestis furor: intima uersat

Corda deus. residensque nouis calcaribus urget :  
 Cognita iam dudum probitas, multosque per annos  
 Tot numeris spectata suis: celeberrima uirtus:  
 Incluta tam genae fastigia suscipit urbis.  
 Miraturque sui lato Florentia uultu  
 Pontificis decus: & cupidis amplectitur ulnis  
 Progeniem uenerata suam: nescitque tuendo  
 Expleri: rursusque uirum rursusque pererrat  
 Lumina: mulcetque manu, quippe intima tentat  
 Viscera laetitia: & totos perfunditur artus:  
 Non tenebris obscura latens. longumque negata  
 Abrumpunt hilares ignaua silentia uoces.  
 Exultare libet: partus oblita dolorum  
 Sic mater sic tota domus, cum masculus auras  
 Attigit, & teneris uagit ploribus infans,  
 Perpetuo gaudet statuta semine Prodis.  
 Maturosque animi tenero tam stipite fructus  
 Concipit indulgens uotis: decorisque futuri  
 Spem fouet, atque omnis praesumit gaudia uitae:  
 Numinibus confisa deum. sacra ne parentis  
 Arguerit quisquam uestigia certa sequentem?  
 Latarique sua spectantem iubila matris?  
 Na genus humanum superi tam tristis Erinny  
 Occupet: aut si quos furor hic inuaserit olim  
 Nunc procul abfuerit. procul hic procul usque faceffas  
 Liuior: & inmanis compressa proterius ore  
 Inuidia rabies, nigri petas atria Ditis.  
 Dum sacra promerita canimus praemia laudis:  
 Grandiaque exiguis ueneramur numina libis.  
 Quae naturae parens, quae fore dedit aurea templis  
Dona

*Dona ferant alij gemmasque oriente petitas.  
Fortuna arridentis opes. nos auspice Phœbo  
Nescia gens auri, paruoque assueta propago,  
Dulcia Maonio modulemur carmina plectro,  
In commune decus. famam uoluentibus annis  
Si non Materia uates, prestare poeta  
Materies poterit. meritas persolvere laudes  
Ingenij maioris opus. potuisse negabis:  
Concedes uoluisse tamen. Quis fomite nescit  
Susceptam in magnas scintillam crescere flammam.  
Forstā his aliis stimulis agitatū, honesto  
Concipiet maiora animo: conceptaque pandet  
Ingenti grauiora tuba: numerosque potentes  
Aequabit factis: nomenq; ad sidera tollet  
Cosme tuum, tecumque sacro requiescet Olympo.  
Ergo age quas uires terras facunda petenti  
Ingenio natura dedit. Quas cura laborq;  
Quas studium, cupidiq; uigil mens pectoris, auxit  
Phœbe moue: doctasque tuo de monte sorores  
Arida Castaly præcordia tangere fontis  
Rare iube, sacrumque animo inspirare furorem.  
Tuque adeo, quacunque agites, quocunque sub orbe:  
Huc ades, & trepida sub iniquo pondere menti  
Da dextram: gnarumque tui deus indue pectus.  
Non ego tanta meis expromere uocibus ausim  
Te sine: tu facilem monstrato tramite cursum  
Expedies: fessumque graui tu fasce leuabis.  
Te labor iste manet, siquem manet. inspice quantā  
Mole iurum: quanti præconia pectoris, ardet  
Mens numeris celebrare suis. non alta parentum*

b

*Nobilitas, capitisque decus, non maxima desunt  
 Ingenij monumenta grauis. uersata per omnem  
 Fortunam, multo uirtus manifesta periclo,  
 Fulxit: Et aduersis nitentis in auiamundi  
 Cardinibus, stabili tenuit uestigia nisu.  
 Qua prima, aut qua summa cana? quis carminis orsus  
 Vnde mouero iubes: tibi sistere: copia rerum  
 In diuersa trahit. Gentis cunabula prima  
 Ordinar. Arnigene deductam ab origine Pacci  
 Progeniem longos seruatum nomen in annos,  
 Quasitumue manu specimen: terraque marique.  
 Vsq̃ue Palaestina sacra ad mania Iebus.  
 Perpetuumue sacris raptum penetrabilibus ignem:  
 Aduectum patrios longinqua per equora muros.  
 In decus aeternum gentis. cui more uetusto  
 Annua flammifero celebrantur sacra coniuio.  
 Sic Anchisiades Phrygios uexisse Penates:  
 Vestalesque focos, Troia ex ardente receptos,  
 Creditur: Hectoreo Lavinia ad littora iussu.  
 Sacraque magnanimos seruasse accepta nepotes.  
 Quid tritauos at auosque loquor. quid prisca uirorum  
 Stemmata. quis late quondam uirtutibus etas  
 Maiorum. quae gesta uirum, bellique, domique,  
 Floruerint. Patres Et nostri temporis acta  
 Longa referre mora est. summos Florentia ciues  
 Consilijs opibusque, uiros experta, probauit.  
 Tum paria innumeri facta sensere periclo  
 Hesperia populi. nec tanti nominis olim  
 Fortuna genus indignum se praebuit. ingens  
 Fama: sed ingenti maiores nomine praesens*

Agnouit spectator opes. quis templa, quis ades  
 Priuatæque domos regali conditæ luxu  
 Nescit. & equali fluctas molimine nullas.  
 His alios titulos, animas his adde superbas  
 Munificasque manus: largasque merentibus alta  
 Gentis opes. nunquam frustra sperare petenti  
 Permissum. indulxit trepido generosa pudori  
 Sæpe manus: seseque timentibus obtulit ultro.  
 Is studijs, & quas natura benignior artes  
 Edocuit: celebris Latius peruaferat urbes  
 Fama uirum: & crebris paulatim uocibus orbem,  
 Non patrijs contenta foris, implerat: & alto  
 Vertice, iam superat nubes, iam sidera tangit.  
 Hinc homini de patre genus. Materna propago  
 Altera nobilitas, Medices præconia gentis  
 Iunxit: & antiqui reuocauit nomina Cosmi.  
 Quis animis gestisque uiri. Sed enim omnia uersat  
 Inuida nec summis parcat rethamnia rebus,  
 Tristia latificis, & summis infima, gaudens  
 Permutare manu. et subita miscere ruina  
 Quicquid ad ætherios uultus tulit. airius ignes.  
 Nec fatum superare datur: tulit impetus hora  
 Multorum decus annorum: uictæque profunda  
 Sæpe ratem, scopulos inter turbantibus Austris  
 Ad portum tenues Zephyri fregere procella.  
 Sic usum superis. Tanti solatia luctus  
 Inter tot strages, tot sparsa cadauera ponto,  
 Naufragij tabulas per cæcula summa natantes  
 Collegisse iuuat: cupidisque amplectier ulnis  
 Seruatam cum stirpe domum, lices inuida multum

*Abstulerit, quamplura tamen Fortuna reliquit  
 Arbitrio maiora suo: nomenque, decusque,  
 Ingentesque animos, & uescia cedere corda  
 Tristibus, & magnum sacra uirtutis amorem.  
 Iis ne superstitibus gemitu turbanda putamus  
 Pectora: transacto sexti iam tempore lustris?  
 Poena olim siccis tulerit cum Cosmus ocellis  
 Vulnera tanta Puer. Iam tum praenuntia uirtus  
 Indolis egregia, mix dum patientibus annis,  
 Signa dabat: late decoris manifesta futuri.  
 Nec flos etatis puero: nec gratia forma  
 Defuit: & faciles animos sibi iungere mores.  
 Utque breui tenera repetam primordia uita.  
 Donec opes, patriumque decus. Rhamnusia fouit:  
 Multa licet pueri granitas, moresque seueri:  
 Ingeniumque capax, superet profectibus annos:  
 Cura tamen nitaeque genus, formido parentum,  
 Credita, lasciuiae motus colubere iuuenta.  
 Delectusque animi potuit timor esse uideri.  
 Sic quae sponte sua recta petit aera trunco:  
 Vallorum fulcris, & cura, adscribitur arbor.  
 At postquam trepido subuertit laeta tumultu  
 Scintilla fortuna sua: ceciditque superba  
 Nobilitas generosa domus: cum pressa ruina  
 Mens simulare nequit: nudo cum pectore pandit  
 Affectus natura suos: oblitaque fuci.  
 Ora inculta aperit nullo uitiata colore:  
 Tunc mores patuere graues: animique uerendi  
 Maiestas: tantisque malis constantia maior.  
 Annictumque caput quicquid fortuna tulisset.*

Quo vultu, qua fronte puer, qua mente, suorum  
 Excidium mortemque talit: quo pectore patris  
 Exilium, sortemque suam. Constantius ager,  
 Cum male Cecropijs audiret infans Athenis,  
 Pulsus Aristides, caca tulit ostracon urbis.  
 Aut post Sidonios facinus memorabile curas,  
 Scipio Romuleis excessit manibus exul.  
 Quos aduersa malis, quos prospera fata, secundis  
 Corrupte viros? rara est constantia paucos.  
 Incolumes populis Siren aut Scylla remisit.  
 Hic uelas Iliaca subiuer for callidus urbis:  
 Per mare, per terras, per mille pericula uetus,  
 Aduersis patrias maior remeant in oras:  
 Promidus incerto digressis tempora nite.  
 Ingentemque uirum quacumque in futa reuocis.  
 Nam neque Fortuna placido, blandoque favori  
 Gradibus adductus mentis permisit habenas.  
 Fortia nec fato subiecit colla minaci  
 Degener: indocilis seruiti audire timori.  
 Has animi doctes, iam compueritibus annis  
 Cura nihil, studiumq; ferax, streporque laboris  
 Laudis amor, plaudensque suis sibi gloria penitus,  
 Noscendi cum uera sitis, rectique cupido,  
 Auxit: & ardentem stimulis grauioribus agit.  
 Addens, & diuina suprema cacamina famo.  
 Iis & enim natura hominum dedit artibus, diuina  
 Imperfecta suum consingere semina finem.  
 Vt fruges, plantaeque, frequens cultusque laborque  
 Perficit: & largos certo dat tempore fructus.  
 Humanis ergo studijs noctesque diesque,



23 ANDRÆE B ACT II

Intensus prima transsegit tempora vita,  
 Mox alia ex alijs crescente cupidine fructu,  
 Aggreditur donec studio superante laborem  
 Septuplicem magna lustravit pallados orbem.  
 Hinc terra, pelagique vires, impressaque signa  
 Nubibus aeris, flammæque ardentis Olympi,  
 Scrutatur: piscesque maris, volucresque ferasque  
 Quæ natura poli. Quæ sideris, omnia cælum  
 Claudat. an æternas valuantur motibus astræ  
 Quos priuat a domus mores: quos publica poscat  
 Quæ natura animæ, quæ vires, tempora, partes  
 Quis rector rerumque sator. Mox ordine narso  
 Sacra, reuelat a triados mysteria lustrat:  
 Humanumque Deo mixtum genus, altæque nullo  
 Semine, virginei partus miracula, quique  
 Sacrificia in carnem panis, mutatur in aræ.  
 Fitque verum sanguis magnus, cum verba precesque  
 Concipit: & Domini profers, dicta a sacerdotibus  
 Quæque professores, verba regnoscere iuris  
 Religionis auct: quorum cunctis regitur  
 Auspicijs aliena salus. Et ac maxima porro  
 Cur quærit, studiumque fuit, quodcumque salutem  
 Conferret: cultique animi noctesque, diesque  
 Servant, æne nulli penitus cessasse labori.  
 Quo sibi, quo generi, per tanta pericula rerum  
 Humano, prodesse queat, poscentibus horis.  
 Talis apes sparsos per præta virginitatis flores  
 Lustrat: & electo succum de germine sumens:  
 Multiforæ sacro descendit nocte cellas.  
 Insuper ingenij solertia præstat: ut quæ

Ad metam properans cursu transegit anhelos:  
 Altius ebiberint auido prae corda suctu.  
 Multorumque animi vires possederit unus.  
 Pene omnes Magni ut uendiscat orbis  
 Italis, Aeneadum tellus insignis, alumnis.  
 Nam ueluti medio pendentis in aere terra  
 Non eadem cultura locis: haec apta serendis  
 Frugibus, hic uites & magni dona Lyae  
 Proueniunt: illic dea tua munera Pallas:  
 Omnia nec fert omnis ager: natura uirorum  
 Sic animus diuersa dedit. fremit horridus armis  
 Martius ille furens; tranquilla nescia uita  
 Pectora. Labentis tacite praesagia cali.  
 Alter, & astrorum motus, & tempora seruat.  
 Metitur terras alius, mundi que recessus.  
 Hic numeris contentus agit, suspendere captos  
 Auribus orator populos letatur, at ille  
 Quemq; caput uerbis: cogitque incerta fateri  
 Arbitrio dictata suo. hic abscondita rerum  
 Naturamque omne superumque, hominumque recludit  
 Consilio praestant alij rebusue gerendis.  
 Non tamen ingenij vires non corporis omnis  
 Vnus habet: multis fines nascentibus Arctos  
 Imposuit: paucis felici fidere uitam  
 Inuida concessit fati natura sinistri.  
 Hos quoque saepe suis frangit Fortuna procellis:  
 Corruptitque bonis: raros a carcere. cursu  
 Vidit in offenso, metam cinxisse theatrum.  
 Atque adeo plausu, cauea maiore fauentis  
 Excipitur: magno sudans certamine uictor:

Quam cui se facili tribuit victoria lapsu.  
 Sic uetus Herculeos miratur famâ labores:  
 Sic & Achemenio sparsum Marathonâ cruore:  
 Et Salaminia disiectas aequore classes.  
 Cannarum sic Roma memor, Libycique furoris,  
 Scipiada magnos stupet admirata triumphos.  
 Dum toga non cedat sagulo, concordia bello:  
 Qui minus his nostro mirari hunc conuenit iuuo?  
 Aut quibus ingenui leges transgressa pudoris  
 Inuidiosa dedit sapientum nomina, mendax  
 Gracia: si decoris pretium si gloria rari est.  
 Fare age quem confers hominum? Constantia robur  
 Pectoris, ingenium, mores, doctrina, petatur:  
 Consiliumque uiri. Quisquam Constantius unquam  
 Dura tulit? tenuisue gradum per prospera? cuius  
 Vt Latij sermonis opes, carmenque sinatur:  
 Raraque per populos Graia facundia linguae:  
 Quasque alias artes docuit studiosa uetustas:  
 Non dubia res certa fide: fare edito, cuius  
 Consilium grauius? potiorue in pectore morum  
 Gratia? quis casta nescit praecordia uita?  
 Immunemque mali per mille pericula famam  
 Nominis? Infelix tacuit uocemque repressit.  
 Liuior: & obtutu fixo contabuit amens:  
 Ignarus quid carpat adhuc. hoc lumine uitae  
 Per tenebras sibi fecit iter: sensimque uocatus  
 Arreti subiit speculam, sedemque regendam.  
 Hic primum ueteris cessit fortuna procella:  
 Arrisitque uiro, laeto Rharnusis a uultu.  
 Acrius ergo animi uires intendit: acuto

Omnia perlustrans visu: seseque prementi  
 Protinus accingit operi: tum magna fatigat  
 Cura uirum? sentis quanto discrimine rerum  
 Summa tenent homines: oculosque in principe fixos  
 Parentis populi: minimumque licere potenti.  
 Tum patuit magni prudentia pectoris: acre  
 Ingenium, mita probitas, moresque seueri.  
 Qua cultum pietate dei: qua sacra peregit:  
 Quo studio commissa gregis uigil agmina pastor  
 Pauit: ut egrotos cura grauiore saluti  
 Reddidit: insidias cauit: uisusque luporum.  
 Quam mitis placidusque bonis: prauisque seuerus:  
 Exactor morum: nullius non memor unquam  
 Officii: gratus meritis: ad munera largus.  
 Nec tamen interea studium musasque reliquit.  
 Lis animum curis fessum leuat: Vna uoluptas  
 Ista uiro; rebus cum se reuocaret agendis  
 Inclita magnorum uersare uolumina patrum.  
 Doctorum ue graui dubiam conferre corona.  
 Prima refulgentis sensit praeconia fama,  
 Primaque legitimos carpsit Florentia fructus?  
 Vsa uiro: cum iam turbato fadere rerum  
 Itala Barbarico premeretur terra tumultu.  
 Ille igitur regum magnas orator ad urbes  
 Magna super; patri sic gessit munus honoris  
 Ut prima poscebat amor, magnisque peractis  
 Vsq; uideretur rerum ad maiora creatus.  
 Nec praesumpta in populos spes tanta sefellis  
 Nam patrios inter procures ut functus eodem  
 Munere; Dardania penetravit mania Romae,

Maximus Imperium caperet cum Iulius orbis:  
 Iurarentque sacri reges in uerba parentis.  
 Protinus ingenti fama sublimis honore,  
 Tot proceres inter, praeclaraeque numina lectus  
 Mittitur Hesperias magni legatus in oras  
 Pontificis? tituli praestantia munera rari.  
 Idem etiam, sumptis cum iura reposceret armis  
 Iulius Imperij: geminoque inuaderet oram  
 Felsiniam bello? ne quid uicina mouerent,  
 Accipit in populos gladium, fascesque uerendos,  
 Flaminia, donec ex urbe facisset hostis.  
 Acciperetque sacri, pacata Bononia leges  
 Pontificis, dominoque audiret lata priori.  
 Nam neque belligeri uoluit Fortuna tumultus  
 Expertem: sed in hac laudem quoque parte mereri.  
 Vt quaecunque genus magnum mortale per orbem  
 Momenti maioris agit: praesentia praesens  
 Cerneret: & rerum uario suprema periclo  
 Impleret numeros, prudentia pectoris omnes.  
 Nanque licet scriptis animis seruata uetustas  
 Notum nihil erudiat: multo perfectius omnes  
 Nouimus illa tamen nostri, quae cura peregit  
 Ingenij: quam quae diuerso gesta sub orbe,  
 Nuntia fama tulit: memorare recondita byblos  
 Scriptor, ad aptatos misit post fata nepotes.  
 Atque ideo quisquis quauis praeceptor in arte  
 Precipiunt, ut agas, pulchrum est cognoscere partes  
 Priuati, quae cura ducis, quis militis usus,  
 Quod belli, quod pacis opus. Sed maximus ille est  
 Humani rarum generis decus: optima cuius

Ingenio natura dedit, sublimia rerum  
Scrutantem, facili mentis deprehendere captu.  
Securumque sui late, Bellique Domique  
Munus obire iuri, ac demum sic plurima nosse  
Ut peragat poscente dis. spectavit Athenis  
Talem fama virum, siquem dant fata Platonem:  
Talis & Aeneadas inter. Cato fulxit uterque.  
Quosque alios veterum laudant monumenta parentum.  
Atque aliqui nostro non inuida quos tulit auro.  
Ingentes natura viros, equanda priorum  
Pectora nominibus. Quorum per gesta nepotes.  
Ire aueant: magis faueant modo numina captis.  
Nec fraudata suo priuatur nomine uirtus,  
Tanta virum. Quicquid maiorum pectora uatum.  
Conspiciant, nostri quicumque est carminis orsus  
Aspicit audentem, siquis deus, omine dextro:  
Entar: tantisque uiris mihi nomina queram  
Laudandis. Teque in primis celeberrime nostri  
Cosme, decus, specimenque ani: qui clara parentum  
Stemmata: & ingentes patriæ sublimis honores  
Laude noua camulas, magnique per ardua mundi  
Ad superos tibi pandis iter: summasque per auras  
Attollens sublimæ caput terræque leuatus  
Virtutum meritis: & rerum luce tuarum:  
Ad suprema deum manifesto numine tendis.  
Mox ubi terrarum speculas & culmina linques  
Ætherias aditure domos sedesque beatas  
Sed tibi grandis adhuc restat uia: crudus habenis  
Orbis eget, manibusque tuis reuocanda Parentum  
Religio, reuocanda fides: reddenda cathedra

Per populos *Astrea* sua; tenebrisque repulsis  
 Inducenda dies animis. Temone recepto  
 Tu populis. tu iura dabis; sanctisque fugabis  
 Moribus, infande miseranda piacula noctis,  
 Restituesque sacra, pulsa caligine terra  
 Igniferos *Phaetontis* equos: & luce corusca  
 Lustrabis gentes. Tanta tibi gloria laudis  
 Debetur: tantumque decus: ni nomen inane  
 Imposuit natura tibi: ni uanum arripex  
 Praescia fatidicis decepit viscera fibris.  
 Incertusque animi mentem delusit *Apollo*.  
 Sed neque *Phœbe* tibi fas est diffidere nec te.  
 Naturam culpare licet, fibrasue calentes.  
 Promittunt maiora uiri nomenque decusque;  
 Gestorumque fides lustris bis quattuor; & que  
 Fama dium letam graditur diffusa per urbem.  
 Inque bonam frugem, cultoris nomine tantum  
 Audiro, conuersus ager. sed enim ista referre  
 Tunc aderit, cum iuncta sacro letabitur olim  
 Sponsa uiro, totisque suis de partibus orbis  
 Ad noua miratos tollet sollemnia uultus.  
 Tum mea multifidos inflabit fistula uersus;  
 Tum largum fluet ore melos totisque petitus  
 Viribus, *Aonios* effundet *Delius* haustus.  
 Audiet a uentis letantem quattuor orbis.  
 Nunc tacito gaudere sinu, letasque fonere  
 Spes animo pendente iuuat: laribusque paternis  
 Grandia concepti praecludere inbila uoti.  
 Vniisque tui letari nomine tantum  
 O felix *Cosmo Florentia* praesule; Quondam

*Ad numeros uitæ plenos reuocata beata .  
 Quas superi grates solues? Quæ uictima magni  
 Nobilis ingentes templi sistetur ad aras?  
 Quos hymnos quæ sacra feres? effundere latis  
 Vultibus, & uacuo curarum pectore templis  
 Inuigila; nonnulla tibi uacet ignibus ara.  
 Festa coronatis solemnità duc age pompis.  
 Funde preces, hymnosque frequens, sacrisque peractis  
 Posce deos ueniam supplex; caloque fatere  
 Non opis esse tuæ dignas persolvere grates .  
 Nam si quando alias calo demissa secundo  
 Effulxit tibi læta dies; hæc magna decoris  
 Incrementa tui; superumque ad summa uocantur  
 Pignora certæ dedit. geminato sidere portum  
 Iam tua cymba petit, pelagi securæ tumentis .  
 His tua principibus consurgit ad æthera pubes  
 Viribus ingenioque potens nam denique tales  
 Subdita turba sumus quales in Principe mores .*

*Finis Panegy. ixi.*

*In Perfidum.*

*P*erfidia siquid credis sceleratius esse  
 Ius dicam te non mentis habere tuæ  
 Illa etiam superos mortalibus improba reddit  
 Infensos testis Laomedontis opus  
 Illa rapi iubet arma manu, iubet ire per altum  
 Equor, & infidas concutere ense domos  
 Perdidit Ogygios alterno vulnere fratres



Semifer Herculeo vulnere nexæ cladis  
 Perfidus Ixion sequitur uertente rota se  
 Exoptat a diu Tantalos unda fugit  
 Iugera tota nouem Titius sub tartara tristis  
 Occupat, infestus pectora uultur edit,  
 Tu quoque pendebis fidei uiolator honestæ  
 Qui cum perfidia uertis amicitiam

Audes feminis impudenter audes  
 Deridere uirum, uonem sorores  
 Cui totos Heliconius liquores  
 Plenis faucibus ebibisse iustum  
 Virtutis pretium dedere sacra  
 Et quis improbe, uincente inepte  
 Inclusa tumidus superbia, quis?  
 Obiectas sibi luminum tenebras  
 Quid si libera traditur uoluntas.  
 Quauis Værgo oculator sis ipso  
 Imprudens adeo quis, has tenebras  
 Non optet magis, ac tuos ocellos

Pons Liusonis

Pons ego sum, fluuius Liuson, mihi Fannius idem  
 Qui large decimas præbuit auctor aquas

Ad Bernardum.

O cui Pieria uigilant Bernarde sorores  
 Excultis siquid creditur ingenijs  
 Libera iam obliquo calami tua carmina tractu  
 Fama per Ethruscas concinit ire uias  
 Tamque Ethrusca legit pubes primordia fontis  
 A quo Romani Tiberidis unda fluuit

Atque ortus, o, Arne tuos & pectora matris  
 Sæua pharetratæ uulnera passa dea  
 Nos tibi ab unguiculis iuncti pro summe deorum  
 Vltima plebei funeris umbra sumus  
 Vt tamen utrunque est resoluta ligamina nodo  
 Nectantur rursus simpliciore, manu.  
 Porrige: si qua fides, uigilati, carmina libri  
 Verum conspicua pignus amicitia  
 De Cinado pleb.

Aspice compositis gradientem passibus illum  
 Quem toga funeribus digna colore tegit  
 Cuius & in digito micat annulus unus & alter  
 Verticeque in summo coccinus ardet apex  
 Candida cui late & mensuram egressa virilem  
 Magno sine tegit cesaries humeros  
 Nobile credideris genus & pradiuitis aula.  
 At quantum est superi non reticenda loqui.

## In Pornicum

Ohe falleris impudicus ohe!  
 Nostros diffugiens minans ocellos  
 Quæ nec Phallaris impius maligna  
 Arte exercuit in tyrannicidas.  
 Cui non terriculum horridum tremendum

Cui non ridiculum tumens cachinno  
 Qui te nouerit intuens ad unguem  
 Ohe falleris impudicus ohe.

## In Eundem.

Vestem aurum, gemmas, argenti pocula & au.  
 Predia magna domos Pornice solus habes

Vestem purpureis Seres quam mittit ab undis  
 Aurum quod flauit portat harena Tagi  
 Gemmas extremo lectas Orientis ab ortu  
 Pocula Praxitelis effabricat a mania  
 Pradia uomeribus quæ diues Apulia uersat  
 Et qualis Phœbi dicitur esse domos  
 Hæc tu solus habes, sed habes non omnia solus  
 Cum tibi sit culus Pornice cum populo.

Ad Paulum.

Elata tumidus superbus asper  
 Nuper predominantis incola urbis  
 Incedis facie proterue Paule  
 Tanquam nobilium prior uirorum  
 Ex summo traheret genus tonante  
 Nunc imum pater incolens profundum  
 Ac frustra, superum uetante rege  
 Titaniū reuocas manus ad arma  
 In campos, iterum timente celo  
 Phlegreos, iterumque Olympū Ossæ  
 Imponis super adiacente Pindo.  
 Et diuos quasi leseris parumper  
 Illis Pallada prouocas ocellis  
 Te quis afficit illa, non Apollo  
 Securus uacat, a superbiente  
 Nunc et Calliope suos honores  
 Aegre uendicat, ac nouem sorores  
 Quin & Dardanio datum cythera  
 Pomum iudicio magis decorus  
 Instas præriperet aqua tangit omnes  
 Hæc iniuria tandem calites Beatos

Ab tandem

*Ah eandem improbe desinas sacramque  
Naturam abstineas proteruiore  
Impugnare animo, negat quod audes  
Cum uix ex humili grues pauescens  
Se tollat breue corpus, indecora  
Damnatum facie: nigro colore  
Torto lumine, cum minetur usque  
Instantem caput hinc & hinc ruinam.*

*De. Laurentio. M.*

*O quis coelicolam numine dextimo  
Nascenti tribuit se tibi praesidem  
Vita praesidium & dimidium mea  
An qui terrifica fulmina Iuppiter  
Dextra conuicit: e sydereis polis  
Aut de Pierio uertice Delius  
Prospexit rediens omne prospero  
An sacro implicitus tempora pampino  
Indorum domitor. tygribus asperis  
Euectus geminos arduus ad polos  
Armenti ue dolo raptor Apollinis  
Cui serpentigero dextera lucida  
Ornatur bacula leuaque tibia  
Aut quae de patrio uertice proginus  
Sublimi exilys: casside fulgida  
Sacratis Clipeum cineta draconibus  
Pallas Gorgoneo lumine, seu Iouis  
Coniunx atque soror: siue superbiens  
Per siluas uarys Cinthia bellus  
Prostratis numero mixtaque uirginum  
Ingens progreditur cernua per nemus*

*Aut cui diua Paphos sub ditionibus*  
*Mitis Ceruleis edita fluctibus*  
*Paret, flammifera cui face filius*  
*Ignes heu miseris implicat ossibus.*  
*Non uno satis ad nobile corporis*  
*Existente deo sufficiens decus*  
*Incertum generat bella negotium*  
*Conuenere simul Iuppiter & dei*  
*Concordique animo praeside nasceris*  
*Diuum concilio munereque omnium*

*Ad Ioh. Bap. Rinerium.*

*Fallor? an octonis ubi iam ter pene diebus*  
*Abfuerim quæris? certe seu denique quæras*  
*Assucto de more memor, seu frigida æqua*  
*Mente abij, grata peragam mea munera dextra*  
*Est locus ad decimum lapidem, Florentia qua se*  
*Tollit in Eoas partes, de nomine præco*  
*Cynthia uallis, eam corrupta nunc parentum*  
*Cynthoam indigenæ uallē dextere nepotes*  
*Hac uacuum curis genidia tempora agentem*  
*Me tenet ora ferax: studijsque placentibus altera*  
*Sollicitat: uariatque uides speciosa uoluptas*  
*Nam modo cum puris radijs effulxerit ætas*  
*Protinus ad lituum uicinia cogitur omnis.*  
*Surgunt dispositis per colles retia uallis*  
*Cinguntur subitæ condensæ indagine siluæ.*  
*Nare sagax it turba canum, rostroque represso*  
*Per secreta celer nemoris uolat, horrida cælum*  
*Vox ferit, altitans deuteri si signa Methumpis*  
*Inueniæ per lustra fera subit asper ubique*

Clamor, & ingenti resonant nemora saltu boatu  
 Erumpunt latebris lepores capreaeque fugaces  
 Impulsuque canum & magno clamore iurorum  
 Prærapido timida furiant in rotas cursu  
 Lata domum præda densò redit agmine puberum  
 At modo nocturna rutilans cum Diæa celis  
 Fulxerit, observata lepus dat sanguine porcum  
 Sic caprea leporesque cadunt, sed semper in armis  
 Non erat Acacides bello durante nec Hector  
 Scimus: at interea positum regionis & agris  
 Ingenium spectare vacat, ritusque locorum  
 Est aliquid novisse locos, causasque locorum  
 Vile putas referam, Panchæos vidimus agros  
 Aque Parhetonj's circumdata collibus arva  
 Sacraque Latonæ fastigia Cynthiæ proli  
 Et quæ sanguineo sub nomine nascitur Aemana  
 Iamque furorigenum galli de nomine fontem  
 Nomina carminibus sacra celebrata pœsis  
 Tum quæ Colchiasos Helenen super are furor  
 Medea putat esse parum scissimam mater  
 Dum procul urbana fugimus fastidiosa gentis  
 Hac sunt quæ nostras mulcent spectacula iussu  
 Iamque uale memorique tuum moeror da teneto

De Vict.

Quæ te uictorem dixit male sedula mater  
 Possit iudicij illa perire suis  
 Vt quæ coctilibus Babylonida manibus urbem  
 Construxit nati deperitura manu  
 Si modo vincendi fato data nulla potestas  
 Victorem uel ui uel prece uel prece

De Pornico.

Non dicam rogites, licet perenne.  
 Qui sit Pornicus iste: cuius omnis  
 Crescit nominibus mens libellus.  
 Quem molli toties breuem capillo:  
 Torto diximas indecorum ocello:  
 Informi facie: nigro colore:  
 Oblaquoque pedes gradu mouentem:  
 Pictum feminea quasi e caterua:  
 Cersusa: mimio: genas nigrantes:  
 Intentum ordine ne capillus unus  
 Discedat posito: lenuque statu  
 Impulsus seriem subinde turbet.  
 Aut ne uentus uago parum uenusti  
 Vultus puluere leniter tegantur:  
 Torua fronte uirum licet gerentem  
 Mollem molliciem cinedulorum.

Ad Iacobum.

Cura quot mihi sint Iacobe Queris.  
 Ipsum tot quot habet caput capillas.  
 Quot fluctus mare turbidum procellis.  
 Quot bruma pluuijs humus madescit.  
 Quot pisces petago natant in alto.  
 Et quot littora possident harena.  
 Quot sylua folijs teguntur alta.  
 Et quot uer uolas habet rosasque.  
 Quot fruges rapido metuntur aestu.  
 Quot nigris habitat orchus umbris.  
 Quot calo uolucres uolant aperto.  
 Et quot fixa polo putantur astra.

Et ne te teneam diutius? Quot  
Pedicat pueros Politianus.

Ad Iohannem Baptistam Rinerium  
Me mea rura tenent gelidas qua signat arctos  
Nonus ab urbe lapis. regionis nomina quæris  
Mucellana uocant durati rura coloni  
Ipse locus, si forte locum cognoscere cordi est.  
Porciliana suis de nomine dicitur. at qui  
Si causas quis rure morer petis, ordiar, & si,  
Ex te nosse potes tempus quid poscat & æstus.  
Decutitur rigidis Cerealis mæsis aristis:  
Vtile opus: nec non mixtum dulcedine, dulce est.  
Alternâ in numerum tollunt cum uerbera durâ  
Agricola, alternos teritur quibus ærea pulsus  
Audire. atque oculis spicis qua defilit alte  
Cernere sacratam Cererem paleasque uolantes.  
Et qui purgatus frumenti surgit acervum.  
Has tibi habe, & merito uideo te dicere tecum  
Quæso uoluptates, & plenis faucibus hauri.  
Ne fallare tamen feriatis ista diebus  
Despectare uacat. rutillantem lampada Phœbus  
Cum procul extulerit festiua luce coruscus  
Protinus immenso passim surgenti a campo  
Mille uoluptatum genera expanduntur? an acre  
Delectere canum cursu, atque indagine saltus  
Cingere: dant caprea lepores dant gaudia cursus  
Siue per immensi nemoris qua plurima ramos  
Præda uolacilium latitat placet, erige uallos  
Fallentemque oculos uolitantibus obyce linum  
Dat prædam: casses modo tende proteruula Perdix,



## ANDREAE DACTII

Hec eadem uolucres pedibus qui corripit macia  
 Accipitri, extremas, fuso dat sanguine, pennis  
 Dant capite laqueis, protento uimine, passim  
 Ficedula, centum poteris uariare figuras  
 Nucupij. Paruo sublimis Noctua trunco  
 Vafra uolatilibus de se ludibria præbet.  
 Illita per sepes tenduntur uimina uisco.  
 Callidus & folijs & flatu sibilat Auceps.  
 Sed neque Carpathio numerabis in æquore fluctus.  
 Nec quot apud Libyen uento turbentur, harena.  
 Nucupij species mihi sic comprehendere non est  
 Sunt etiam Fontes & Flumina montibus istis  
 Fluctibus assiduus & piscibus apta ferendis  
 Hic quodcumque genus retis per longa parauit  
 Sacula, mens hominum diuino prouida nutu,  
 Sedulus haud summi, frustra madesfeceris unda.  
 Est quoque non tenuis siccato fonte uoluptas  
 Arenti Pisces salientis cernere terra  
 Et mox amoto redeuntis obice fluctus  
 Adde his quæ proprio celebrantur tempore sacra  
 Turpe putant epulas non omni tradere turba  
 Agricola? cum sacra sibi celebranda pereunt  
 Attulerit nato redeuntis circulus anni  
 Rustica in assueto procedit mensa parata  
 Distinctis uariat a cibis, sedet ordine longo  
 Turba uorax, rabidaque ingurgit at ore, culullas  
 Hircinaque, auidam manibus mentoque perunctis  
 Carne replent, aluum, iuxta numerosa ministras  
 Villosa spectanda manu, multoque rubenti  
 Turba epulas, nunc hircina nunc lacte recenti

Nunc quæ mixta ovis conditur aromate multo  
 Lactea, mobile quid mensarum & grande, placent  
 Distinguit mensura cum nasum emunxerit, illa  
 Illa, eademque manu, sapiunt quæ fercula libat  
 Hoc inter semet celebrant communia ritu  
 Ast ubi iam rabies infauisti pressa Barathri  
 Conspicua tibi nondum saciat a quierit.  
 Itur in antiquam siluam, quæ maxima late  
 Præta patent nemorum frondentibus, abdest a ramis  
 Illuc diuersis cæcantes partibus orbis  
 Conveniunt, nullo discrimine fœmina amanti  
 Iuncta curre, longas audit quos cantat amares:  
 Fœta ubi ridicula cinocerunt præta corona,  
 Grande nephæas siquidem est, atque indelebile crimen  
 Non dextera leuam premere & contingere amantes  
 Intonat una prior stridenti canticæ uoce  
 Balanti, comitata uero, mugire putares  
 Hinc tauras illinc, damnosas stridere porcas.  
 Nec ubi desierit ingenti uasta tumultu  
 Turba sonans repetit, quicquid modo dixerit illa  
 Nec credas uariare modos numerosque canentes  
 Sufficit unius uocis modus & tonus illis  
 Per totam quàm longa diem, nec sufficit illis  
 Cantando quàm longa dies, nec sola uoluptas  
 Nec datur, est etiam qui timpana pulsitet, & qui  
 Cimbala nec cessant arguto tibia cantu  
 Nec tuba. Lasciuo saltat coniuncta Batillo  
 Agrestis Thimela & crebro consumit aluthas  
 Verbere. Cæteratim saltat super alta Batillus  
 Sydera, non dextera parcat non ille sinistra

AD ANDREAE DACTII

Fertque refertque pedem multoque volumine gyros  
 Insinuat de more patrum: At si forte procerus  
 Saltantem quisquam turbauerit arte puellam  
 Insonat omne nemus clamoribus. arma refugunt  
 Scuta tenent lauis, immensis ictibus aer  
 Percutitur pereunt passim uerbisque missisque  
 Mille homines: demum confecta pace quiescunt  
 Et nullo plerunque mero. Cum Delius amo  
 Osceani ardentes madefecerit equore currus:  
 Mensa dapes iterum magno porrectas acervo.  
 Pars fugit inde domum spatio qua distat iniquo.  
 Pars iterum cantus non dum satiata per omniem  
 Producit noctem. ac demens aix luce propinqua  
 Desinit: & longum cantando lassaque quiescit.  
 Et miser & Cereris & lati munere Bacchi  
 Consumpto, qui sacra suo de more colonus  
 Fecerit (O extrema hominum dementia) tristi  
 Pane, famem miseram reliqua per tempora uitae  
 Vix leuat, arentemque sitim fluvialibus undis.

Ad Ang. Politianum

Si Ganimede deum maior sit Iuppiter, ipso  
 Angele tu liquido tu Ioue maior eris.

Fossa Emporij

Aspicias haec subita circumdata mania fossa  
 Qua sextusdecimus signat ab urbe lapis  
 Hoc est Patanida decus immortale Iohannis  
 Qui terram bobus eruit arte noua.

Insigne trium Cassidum.

Tris galeas Paridis donum, exuiasque dearium  
 Aspicias, has habuit Iuno Minerva Venus.

Ad Naldum Naldinum

Nalde decus nostri uenerandaque gloria secli  
 Ingenium siquid doctaue corda ualens;  
 Accipe prima mea cupido libamina mentis  
 Scandentis cyrrha culmina ad alta gradus  
 Qua rudis ignota prima uo flore iuuenta  
 Lima Castalius triuit ab arte calor  
 Quis ego sollicita, & multa uigilat a lucerna  
 Ingenij stimulum Carmina sacra peto  
 Carmina Gorgonei pleno qua fluminis haustu  
 Dant tibi Thespiades Thespiadumque parens  
 Vt ducere Aony summa ad fastigia montis  
 Tollar & e gemina laude superbus eas.

Et si nulla mihi tecum communia sancta  
 Tempus ad hoc fuerint pignora amicitia  
 Vel tua me uirtus: studiorum parque uoluntas  
 Raraue mirifici nobilitas animi  
 Iam detrita situ stimulis egere uolentem  
 Rursus Apollineo subdere colla iugo  
 Vt quos absentes uoluit dea iungere iungat  
 Non defecturo fadere sancta Fides

Quam sibi fatidicus uotis deposcat Apollo  
 Candidior nimibus est tibi Casaries  
 Frons nec lata nimis nimium nec longa breuisue  
 Grata colore suo est grata supercilio  
 Quos Venus & uolucer cupiat cum matre Cupido  
 Syderibus similes fronte micant oculi  
 Purpureus ridet nasus frontemque serenas

✱ ANDREAE DACTII

Infelix quem non carperet inuidia  
 Quasque inuenit a genas & quae uoluit ora uenustas  
 Diuorum cuius amula habet facies  
 Omni perspicuo coniuncta est gratia mento  
 Paruaque de modico labra rubent minio  
 Stant ebori similes tenui discrimine dentes  
 Et micat e paruo plurimus ore risor  
 Dulce repercusso lingua modulante palato  
 Vox sonat. Hermes dulcior eloquio  
 Ipsa teres spatia se se gula porrigit, equo  
 Quam sibi uenatrix Delia percuperet  
 Lati humeri. latum pectus. mollesque lacerti  
 Longa manus. teretes ungue bona digiti.  
 Exiguo medium gyro sed baltheus ambit  
 Illa dum insto lata tument spatia.  
 Mollia lasciuo crura exultantia ductu  
 Diuinum incesu nescio quid redolent  
 Pes brevis. & quae nam sub ueste latentia dicam  
 Ccedat Venus his & Puer Idalius  
 Omnibus his moueor quis enim tam ferreus esset  
 Istorum uel quem singula non moueant?  
 Quae tamen haud ulli te posse placere putares  
 Hac una fateor tu mihi parte places

Qui mare qui terram quique aera miscuit igni  
 Terrificans animos peste. cruore. fame.  
 Pendulus. exustus. uento iactatus. & undis:  
 Prada iacet terra & aeri. & igni. & aqua.

Des licet & cineres uentis & des licet undis

lactatis tumultum ventus & unda dabit.

Quid laqueum crudelis adhuc tumultumque negatū

Objcis & multo membra perusta rogo.

Omne genus lathi puncto concluditur uno.

Victaque supremo uita dolore fugit

Absumpsit gelidos ignis generosior artus.

Sordida ne obscenis uermibus esca forent

Excipiunt cineres venti fluminisque repentes

Quid facis? est aliquis & mihi in orbe locus.

Sed quoque tu moriere: ego te pereunte superstes

Ingenij uiuam nobilitate mei.

In Catonem Priscum

Rusticus es, similisque tuis Cato Prisce libellis

Ingenio durus: durior eloquio

Opereas, quod cuncta mihi dare rura nequirent

Abstulit auspicijs pagina dura tuis.

Ad Lycium.

Quid mecum tibi corniger Lyae;

Quid merum tibi? quid meis benigne

Exceptus laribus, domo, cubili

Quid fastigia quid superbus arcis

Suprema petis? improboque fastu

Per phas perfidus et nephas proterue

Conaris domina iubere fronti?

Hæc est hospitio fides recepti?

Hoc nostra pretium benignitatis?

Has hospes mihi gratias rependis?

Has reddis mihi munerationes?

Ingratissimus omnium uirorum.

Quin iam desine si sapis : nolensque  
Inceptum facinus scelusque mitte .  
Edico tibi cito quiescis ,  
Per ius hospitij fide tribui  
Quo tu transire neneras abibis .

Quid faciam , quæ me teneant spectacula rerum  
Quæris , & urbanis quam se Rhamnusia rebus  
Præbeat : & uacua quidnam iam ciuibus urbe  
Moliarastua solitus dulcedine mille  
Prima æstase frui : nixque aduenit ante reuerti  
Frigore , cum senior Phæbo propiore calescit  
Phyllirides : pluuioque fremunt caua nubila Cælo .  
Publica non ausim temere committere chartæ .  
Nec si forte uelim comperta teneremus ad unguem .  
Inscius ignota tanquam aduenia uersor in urbe  
Plurimus in studijs & clausa solus in æde :  
Vnde fit ut totam fama uulgata per urbem  
Sæpius ignorem nadium consulta senatus .  
Quæ rudis intrinsej passim plebecula narrat  
Non ea sunt tanti calamo ut dignanda putarem .  
Vel si forte aliquid te dignum dicitur : adsunt  
Qui referant alij , certumque in tempore reddant  
Talia non igitur circumferar . ordiar autem  
Texere privato ceptam sub te gmine telam .  
Quaque satisfieri multum tibi parte putabo  
Hac ferar & grato letum te carmine reddam .  
Quod non rura petam mirari desine : causa  
Desicit , inueni quæsis as urbe camænas  
Hæc ego uirginea comitatus sæpe cæternus

Per nemora et saltus Heliconis deferor alto.  
 Ha mihi Dardaniam nantem super aquora classem  
 Idaemque Parin Spartana ad listona docent.  
 His pastor Phrygius nemorosaque dicitur Ida.  
 His regina deum sceptro insignitur eburno.  
 His fera terribilis protexitur agide Pallas.  
 His Venus insulat uictis laudata duabus.  
 Ha mecum Argolicas blâde populantur Amyclas  
 Pradonemque trahunt iterum tranquilla per alta  
 Usque sub Iliacas rapta cum conginge muros.  
 Nec tamen hec nouis tantum debere fatemur,  
 (Quamuis Aonyi sublimis uertice montis  
 Aurea Castalia mihi pocula fonte ministrent)  
 Quantum, qui trepidas animis moderatur habenas  
 Talia non paruum scribenti exemplar, amor.  
 Qui tamen hoc fiat iam iam accipe. Noster amicus  
 Ille Cupidineis toties expertus in armis,  
 Ille hyra pueros solitus sollertius aequo  
 Illicere extremo damens insanit amore.  
 Cuius aus? non est nostra prouincia penne  
 Prodere: at insanit, testaque exestuat igni  
 Nec pulchri dicam pueri teneræue puella  
 Quod tamen hoc cuique est nolim licet edere aperte,  
 Ex te nosse potes, si de quis sepe locuti  
 Vrbe sumus, memorem seruans in pectore sensum.  
 Hinc nos quas Helena fundat Paris ordine voces  
 Discimus: et quales uultu arridente loquatur  
 Blanditias, quid dona ualent, quid temporis usus  
 Quid mentis a diu lasciuia libera mensa  
 Ebrietas, dictoque salas nutuque procaces.



Hinc animi servare modum quem debeat. *Ex quo*  
 Callidas infidys quibus artibus improbus uti  
 Praecipue motus animi uariosque tumultus  
 Est aliquid servare, notisque agnoscere certis.  
 Excursus per mille vias quae ad ora silenti  
 Corde latent: sensim uarijs sermonibus afus  
 Videris ardentem nix iam consistere. Adonin  
 Captato sermone canum male temperas ardens  
 Ad nomen ceruæ parrissus nomina disci  
 Audierit puer Debalus: nix brachia demens  
 Continet audito Danae lat abitur auro  
 Ast epularum audio si forte iocureba narras  
 Fancibus aspiciet maculis labra lambere lingua.  
 Denique non raro mortales vivere nolo  
 Ut par est: aliquid premium cuiusque ponetur  
 Huic equus aliger signans uestigia plantæ  
 Grator: et iussis adductus est apertus habenis.  
 Martius huic, nulli: sive inhibens placet ora lapasise  
 Horrificisque fremens hinnisibus, horridus: asper.  
 Hunc foras terrifico delectant bella tuantis  
 Armataeque acies et terra cruore rubescens.  
 Illum letæ quies tranquillaque tempora uita  
 Pieris que tenet studijs florentibus ardor.  
 Ille canum densas indagare cingere silvas  
 Gaudet et impulsas agitare in recia ceruas  
 Illi ena nouis animo captare uolucres  
 Artibus: et laqueis et lento fallere misto  
 Ditrinque uolantibus tenui quis retia limo  
 Tendit: et Accipiter Porcibus imminet uncis  
 Vnguibz: et uicreas alter piscatq; ad undas.

Aut teneam ceco uertere sub gurgite linum  
 Ausriacta tumidum funda diuerberat ananem  
 Huic nocturna placent laeta conuiuia mensa  
 Scortanti uariisque epulis genioque uacanti  
 Incertusque (nephos) et alorum iactus, inertis  
 Arguunt a animi, et ludentibus alea fallax.  
 Illum Punicea nesses et Serica hiantem  
 Veller a fulgentisue trahunt spectacula Gemma  
 Ille animi formare modum, sortemque promentis  
 Fortune impatiens animo iam concipit orbis  
 Imperium solioque furens considerare regni  
 Ardes, et ingenti curarum ex aestuat igne.  
 Est etiam quæ curæ tenet cognoscere quicquid  
 Ausules Indique gerant atque ultima Calpes  
 Et qui dimissis medijs extrema pererrat  
 Exiguo nuper populatus mabire Gallus  
 Italiam, quid quisque gerat quoque ordine uiuat.  
 Est cui rura placent res lati iugera campis  
 Arboribusque frequens, et uitibus ordine postis  
 Latus ager, quæ Classe libens Neptunia uerrat  
 Cernula nauis, cuiusq; uisus mercibus olim  
 Si sua fata sinant, patriam dulcesque penates,  
 Quem sua delectet laeta uinea, denique rerum  
 Quot species tot uodanum, in Callidus ergo  
 Omnia delibans sensum uariis quo figurans  
 His quasi tormentis latitanti a pectore uota  
 Elicies at uolando tibi bene consule ne quo  
 Deficias, magnumque tuis te perfice uerbis  
 Quid faciat qui se uerbis non ditat et auget?  
 His tu Priami de sepius Canusque Lacanum

Irretire para secumque ad magna uolentem  
 Pergama duc poterunt aliquid si doctor & artes.  
 Forsitan Iliaca quo tempore pastor in Ida  
 Regia pascebas syluis armenta sub altis  
 Ha poterant aliquid uel cum Spartana carina  
 Littora, & Argolicos tetigisti remige portus.  
 Pegasis id certe: quaeque aspernata maritum  
 Deseruit patrios demonstrat A dolera muros.  
 At nunc pro doctis solum inquit artibus Aurum  
 Omnis in hoc ipsum spes inclinata recumbit  
 Hoc omnes unum cupiunt: uenerantur: adorant.  
 Optimus hoc quocumque loco uel tempore solum  
 Conciliator adest, nulli non gratus: ad huius  
 Omnia magnificum nutum placitumque geruntur.  
 Quid quoror? haec eadem stabat maioribus auri  
 Sacra fames: Plusio Danae concepit ab auro.  
 Auro Neptuni fundantur Pergama dextra.  
 Auro discordes Iuno, Tristoma, Cyprus  
 Iudicium Paridis Phrygia subiere sub Ida  
 Forsitan & fuluo densata est Tyndaris auro  
 Sed quid ego hac nimia uersus dulcedine captus  
 Prosequor? Ingratum dextra calamoque laborem  
 Et tibi fortasse allaturus tedia Tempus  
 Demere colla iugo, & tacta consistere meta.

Ad Amicum.

Oblitus ne forte tui charissime credas  
 Omnium amicorum, celeri disclat a camena  
 Hac tibi sub rudibus mandatur epistola uerbis.  
 Scilicet est aliquid quocum uersere: recorder  
 Auditum, Clauda siquae communicat alim  
 claudicat:

Claudicat agricolis igitur permistus, ab illis  
 Nescio quid sensim contraxi imprudens auro  
 Rusticitatis, habes quo me tuare, maligne  
 Legerit hanc si quis & me damnavit in illa.  
 Perpetua stat mole rigens, & uertice celso  
 Aetherias sese Synais mons tollit in auras.  
 Cuius in extremo cingentibus undique silvis (Stros  
 Christipara stant repla iugo, hic qua uergit ad auro  
 Hesperioque uidet stabulantem Gurgite currum.  
 Paulatim molli pronat fastigia cliuo.  
 At qua perpetua canas niue prospicit Alpes  
 Horrentisque domos Borea, Septemque triones,  
 Quaque uidet septem diuisum in cornua Nilum,  
 Praceps exesis radicibus imminet aruis,  
 Nimborum attollens nemoroso uertice frontem.  
 Hinc uetus ille meis super est conterminus agris,  
 Quos nunc frondosa nimia dulcedine uilla  
 Ruris & irrigui detentus amore frequento:  
 Latus agris: latus fido comitante sodali;  
 Qui studiis ardens equalibus. Alter Orestem  
 Prosequitur Pylades non dispare latus amico.  
 Hic nos hospitio, digressos urbe Sacerdos  
 Suscipit, Hesperias iam Sole cadente sub undas.  
 Inde meas ades turrim qua colle propinquo  
 Alta sedet petimus: & nocte quiescimus illic.  
 Postera Phœbeis radiabat lucida flammis  
 Orta dies, subiit mentem superare profectos  
 Ardua præcipitis Synais iuga: & ecce Sacerdos.  
 Hospes adest, seseque ducem promittit iniqui  
 Tramitis, aggredimur sublimem scandere molem.

Angusto stat calle means & uepribus albis  
 Undique septa latet saxoso semita cliuo.  
 Illa quidem primo facilis se prabet eunti  
 Ad stadium: mox praeipiti se tramite tollit.  
 Vadimus, & stricta restantes cuspide uepres  
 Truncamus. nudo trames mucrone patescit.  
 Iam pars quarta uia fuerat post terga relictæ.  
 Apparentque uia nusquam uestigia, nedium  
 Semita. praeipiti mons imminet arduus arce.  
 Per tamen & uepres & sentibus inuia densis  
 Haud cessante manu proficiscimur, ecce repente  
 Ingens abrupto moles asperissima cliuo  
 Apparet procul: & uulsa radice minantur  
 Iam casura graues immania saxa ruinas.  
 Additur immenso metus & formido labori.  
 Nec uanus timor. ecce ingenti abscisa tumultu  
 Saxa tonant. rapidoque a summo uertice lapsa  
 Ima petunt. pressos frutices siluamque cadentem  
 Cernimus & nitidam nigrescere puluere calum  
 Conflictuque cauius saxorum accenditur aer.  
 Haud secus ignidos Siculis regionibus Aetnæ  
 Crediderim eructare globos liquefactaque saxa.  
 Crescit in immensum sudor: complentur hiantes  
 Puluereo fauces haustu. uicitque laborem  
 Mortis atrox metus, & properantibus addidit alæ.  
 Vix tandem fessi summa consistimus arce.  
 Tum demum pluuia primo sudore madentes,  
 Hic parua uires mensa firmamus. auarus  
 Fratribus hospitio suscepti. frigidus illic  
 Aet: & ardenti cum Sol uestigia cancro

Fixerit, accensis corpus resouere caminis  
 Frigore nubiferi compellitur accola montis.  
 Illic grandaeuum cedat cui Nestoris atas  
 Vidimus haud tremulo uestigia figere passu  
 Candida barba humeros illi totumque pererrat  
 Pectus & extrema texit genis alia cauda.  
 Sors eadem rursus quaedam ad castella profestos  
 Insequitur pluuijs & uentis aspera abortu.  
 Ergo consulto procul haud discedere ab ade  
 Firmatur per prata libet saltusque propinquos  
 Errare, & subito digitis auellere fungos.  
 Aut tremulum liquida piscem captare sub unda,  
 Ast ubi iam reditus anima sententia sedit.  
 Digredimur: gelidas iam Sale bibente pruinas.  
 Illa dies claro fulxit nitidissima celo.  
 Phœbeum placide Zephyro moderante calorem,  
 Iamque bis undenis stadijs geminisque per aëtis  
 Quam cruces dixero locum donenimus, illud  
 Siue quod a uentis cruciatur nomen habentem,  
 Siue quod in partes se se uia quattuor illic  
 Diuidit, atque crucis seruat diuisa figuram,  
 Terra satis sterilis. fecundaque sponte creatis  
 Graminibus, pratisque patens, nulloque calores  
 Arbore reijciens pluuium qua uergat ad Austrum  
 Huius in extremo quasi margine parvula surgunt  
 Tempia: uiatori pluuijs gratissima celo.  
 Hic se se ante oculos partes uia scindit in ambas,  
 Altera Fesuleos directo tramite colles  
 Ad medium conuersa diem petit. altera ad Eurum  
 Obliquum serpens Orodaphnidis applicat arci,

Ergo animi dubios dudum, via visa coegit  
 Tecta subire domus, & disceptare quid esset  
 Casibus in tantis maturo mentis agendum  
 Consilio, tandem hac animo sententia sedit;  
 Alter ut adducta prae texens lumina ueste  
 Aggrederetur iter, tali Iouis argumento  
 Sensurus mentem, sensim titubante sodalis  
 It pede, & incerto firmat uestigia passu.  
 Sed quanam ira deum? pluuios contendit ad austros,  
 Ille ubi sublato prospexit tegmine calum  
 Agnouitque deum inuidiam: & contraria menti  
 Fata sua, tacitus defixit lumina terra  
 Mox exploratis sic est effatus alucibus  
 Suadet amor, suadet rutilanti Delius orbe.  
 At fortuna negat, quid tū? neget improba prorsus  
 Ire uel in certam mortem libet, hac ubi fatus  
 Velox Eoas sese conuertit ad oras  
 Praecipiti similis caprea: quam Gallicus urget  
 Iam rastro proprio reatus gressuque citata  
 Arua legis, sequimur, passuque incedimus aequo  
 Est tumulosa procul Vlturni obnoxia flatu  
 Et Cereri indocilis tellus, quam signat ab ipsa  
 Septimus urbe lapis, nomen regionibus illis  
 Parua dedit montis non alto uertice moles.  
 Quamlibet Argolico dixisse orodaphnida uerbo.  
 Huc ferimur, faciemque loci speculamur, & agri  
 Ingenium, rara tellus obtexitur umbra  
 Aedificatori gratum allatura perenne  
 Obsequium, officio lapidum quibus omnis abundat  
 Progredimur, summaque iugi consistimus arce.

Hic templum sedet, & paruo iacet area campo.  
 Sed lauri nusquam, nusquam questus amicus.  
 Aggredimur portam templo pulsare propinquam.  
 Terque quaterque manu sublato malleus ictu  
 Incutitur. dominumque domus clamore uocamus.  
 Ecce ex obliquo uox exaudita quis inquit  
 Ecquis adest pulsatque fores, circum undique tollo  
 Lumina nec quisquam uerborum apparuit Auctor  
 Ast iterum uox illa sonat. consurgimus. ecce  
 Improvisus adest teneris mihi notus ab annis.  
 Carlus & hospitij ultro suscepit auitis.  
 Huic ego pauperiemque loci seseque pudenter  
 Excusanti inquam. non hac mihi desine oportet  
 Dicier. haud hodie primo ieiunia soluo  
 Vel solvam. paruo uires natura resumit  
 Satque superque mihi grata fore fronte receptum.  
 Sic uarijs sensim sermonibus omnia lustrans  
 Incedo, & uisu uaria oblectamina sumo.  
 Illic ingenti puteus subit ima barathro  
 Tartara, difficiles haustus dans altus aquarum  
 Cui cedat calida qui dicitur esse Syena.  
 Hinc dicto acceptoque uale discedimus. & iam  
 Delius ex aquo meta distabat utraque.  
 Acceleratur iter, celerique per ardua passu.  
 Saxa, per & colles exesisque inuisa ripis.  
 Ad Borean tandem stadijs quod distat ab urbe  
 Quattuor hospitio iuuenis letamur amici  
 Consumptoque die uarijs sermonibus. inde  
 Urbem digressi petimus patriosque penates:  
 Ad febrem.



ANDREAE DACTII

Quid tibi cum teneris febris audacissima membris?  
Iam potes aeternos vel uiolare Deos.

Hec quanam miseri mortalibus inuida tantum  
Sanxerunt nocua fata licere tibi.

Non te purpurei tangunt mea numina vultus?

Non etas Stygios apta mouere Deos?

Hoc poteris macie corpus tenuare nephanda?

Has pallore genas tingere purpureas?

Dij precor, o si qui calo mortalia curant.

Si qua usquam Pietas hoc prohibete nefas.

Vertite nunc si quas admissio crimine poenas.

Poscitis, in me me uertite tela precor.

Aut si forte mori fixum iuuenilibus annis

Hora precor miseros auferat una duos.

Vel potius quod magna decet dare numina munus

Omnis ab innocuo corpore langor eat.

De Melantho.

Tantillo solitus pueros agitare melanthus,

Nutricem quales pellere hactenud pudet.

Damonatis credo primaeui temporis actis.

Nunc alio capit uiuere consilio.

Namque bis undenos iuuenem qui transigat annos.

Deperit? hunc possis dicere iure uirum.

Hinc ego iam dudum quid suspicer ambigo: sunt qui

Hoc factum turpi cum ratione putent

Scilicet occipere tibi prurire marisca,

Et iuuat esse eodem famina uirque thoro.

De eodem.

Credite Neptuni mutatam munere Cenit

Martia proiectis arma tulisse colis

Quodque patris rabiem Dryopeis imagine uersa  
Non falsa pretij sepe leuauit ope.

Credite Thiresia tactis serpentibus olim  
Mutatam sexus esse bis effigiem  
Vidi ego qui nullis uiolatis angustibus: hora  
Mortuoso fieret Famina Virque breui.  
Epitaphium Iohannis. N.

Qui patrium tristique fame belloque leuauit  
Cum quateret Latij Martius arua furor  
Hic iacet exemptus mortali labe Iohannes  
Reddita terra sibi est, spiritus astra tenet.  
In edentulum

Dentibus empticijs e cornibus uteris Indis  
Ora laboratum non sua sentit ebur  
Vsq; adeo ne pudet patulis ostendere labris  
Gingiuas uno dente carere tuas  
Falleris errorem natura errore repellens  
Verum de falso crimine crimen habes.  
Desino sarcitis uelle integer esse uideri  
Dentibus: & mutilus uiuio simpliciter  
Ad bibliopolam.

Quid sibi pallenti facies uult amula morti?  
Queque ferum torua lumina fronte micant?  
Et quae crebra cauo suspiria pectore ducis.  
Quaque insueta nouo iustitio ora silent.  
Grataque nunc primum domi mansio tristis? et atra  
Iucundum solo tempore noctis iter?  
At dudum non talis eras. meminique uidere  
Pingue renidentem corpus habere cutem  
Vnde repente noui mores maciesque colorque

*Dispercam si non Bibisopola peris.*

*Epithalamium*

*Pronus Athlantiaco rutilantes equore currus  
 Condidit: & celerum cursu deuectus equorum  
 Opposito lustrat Titan Antichthonas orbe  
 Vesper adest Phœboque prius calata propinquo  
 Apparent medio fulgentia sidera calo.  
 Huc ades Vrania proles hymenae: recenti  
 Flore caput, roseaque comas emincte corona.  
 Thada maritali splendescat pinea flamma,  
 Ducenda in thalamum teneri noua nupta marito  
 Octonos decies qui iam transegerit annos.  
 Iam dudum pictis patuit domus ampla tæpetis  
 Grande nitens atramque fugant funalia noctem.  
 Hic castæ lauri, & Veneri gratissima Myrtus  
 Arcadijque nemus Panos, iugæque cupressus  
 Serpentesque edera, atque abiegno e stipite frondes  
 Mixta corymbiferis prætexit atria fertis  
 Pomifer Alcinoi quibus intertextitur hortus.  
 Aurea regis fco splendescit mensa parata.  
 Iam ducti calata manu non una Myronis  
 Pocula flauenti diffulgent eminus auro.  
 Tum modus argento nullus. Quas Mentoris artes  
 Aspicis in pateris. Concedat prodigia Regum  
 Luxuries Asia: & signis laudata Corinthus  
 Tuque superba tuis quamuis Aegypte sepulchris.  
 Inuitat uario fumans nidore culina.  
 Iam fluuijs præbere manus celerate Ministri,  
 Quos honor aut etas primos iubet esse: uenite  
 Hic sedeat: & in primis discumbite mensis,*

Hic ex aduerso sedeat nona Nupta mariti.  
 Quid statis Matres uerecunda quo turba Puella.  
 O iuuenes quantum ista mora est accumbite mensis  
 Ponantur famuli prima bellaria mensa  
 Mox serie quacunque sua. Tucet a potentum  
 Esca uirum, & pennas Pauo precioque superbas  
 Tum Perdix: assusque Capo: pinguesque Columba.  
 Turdique et moriens nimia pinguedine Turtur.  
 Aurea nectareo despument pocula succo.  
 Quid latis permixta iocis diſſeria ceſſant?  
 O iuuenes, laſciua manus: prouectior etas:  
 Vosque ſenes miti ſoliti iuueſcere Baccho.  
 Da Coniunx da dona tua da dona Marite?  
 Tuque uiri noua nupta manu cape manera Turdi  
 Seleſtas clunes, et dona remitte uiciſſim  
 Quid uerecunda ſiles ſpectantibus ima pupillis  
 Vir tuus eſt, nugæ noctis timet illa timorem,  
 Scilicet hoc ipſum. rides? quid tum, obſecro ploret  
 Tam bello coniuncta uiro. quantum libet imo  
 Rideat. at qui ploret erit ſub nocte ſilenti.  
 Sed bibite, et parulos opulis detergite quadros.  
 Dijs grates: reſonant conuiuia feſta tumultu.  
 Iam ſatis exhaustum epularum ſurgite menſis.  
 Laſciuire libet ſaltu, feſtisque Choraïs  
 Et mediam cantu inſonnem perducere noctem.  
 Dicite legitimos Hymenæo dicite uerſus.  
 O Iuuenes, mixtaque nurus coeatis in orbem  
 Alterius leua dextram premat. Incipe carmen  
 Vna prior. reliqui repetant quod dixerit illa

Carmen

18     *ANDREAE DACTII*

*Humani generis sator salusque*  
*Hinc adsis Hymenae dexter adsis.*  
*Hinc amnes iuvenesque virginesque*  
*Laudes dicite consonis labellis.*  
*Votinasque deo preces potenti*  
*Porro fundite corde, supplicantes,*  
*Ut nupta facilis nova viroque:*  
*Hic tempora praebeat secunda.*

*Humani generis*  
*Tu pulcherrimus omnium deorum*  
*Idem maximus es sacerrimusque.*  
*Tu calis residens in arce summa*  
*Saturno prior omnibusque diuis,*  
*Candenti face nuptialis ignis*  
*Ipsi celicolae polo parasti.*

*Humani generis*  
*Hinc pennis roseis volans, iacentis*  
*Telluris, petis arua dexter ales.*  
*Ac totum volitans vagaris orbem:*  
*Armatus face dexteram iugali.*  
*Et tecum charites simul: Venusque:*  
*Risus: Latitia: Ioci: Lepores.*

*Humani generis*  
*Arridet uenientibus serena*  
*Aethra temperies: humusque: Et unda*  
*Omnis germinat herba, floret aruum.*  
*Rident frondibus arbores tenellis.*  
*Exultant viridi fera sub antro.*  
*Et piscis liquida natans in unda.*

*Humani generis*

Te parui pueri puellulaeque.

Latius uocibus acciunt: uocantque.

Te propter iuuenes, nurusque letas

Festis cantibus innouant Choraas.

Incumbunt epulis Socrus, Patresque

Atque omnis tibi gratulat' etas.

Humani generis

Tu sanctissimus igne nuptiali

Humanum socias genus ligasque

Tu das nomina sanguinis propinquis.

Per te coniuge lata degit Vxor.

Tu Matrem facis, & facis Parentem.

Per te Filia dicitur Neposque.

Humani generis

Mortalis sine te breui propago

Latho deficeret furente tota.

Te cultoribus absque ciuitates

Præberent uacua: feris cubile

Squalerent fruticosa uere in ipso

Duris sentibus arua uepribusque

Humani generis

At te præside letus omnis orbis

Felici fruitur peremne risu.

Et nos ergo alacri benignitate

Hæc festas tibi ludimus Choraas:

Vno pectore & ore supplicantes,

Vt saluos facias tuos peremne.

Humani generis sator salusque

Huc adsis Hymenæe dexter adsis.

O Hymen o Hymenæe Hymen, Hymen o Hymenæe

60     *ANDREAE DACTII*

*Ecce furens iuuenum clamat manus hostia circum -*  
*O Hymeno Hymenae Hymen, Hymen, o Hymenae*  
*Huc iuuenes huc ferte trabem: coeamus in unum.*  
*Incusque procul procumbant cardine postes .*  
*Quin Domus ipsa patet uenientibus, ordine ludos*  
*Instituamus, agat festinum: Tantulus agmen*  
*Iam scutica insequitur subter uestigia prone*  
*Reptantis iam mersus aqua ridetur aethes*  
*Iamque super scandunt humeros et vertice calso*  
*Aurea sublati tangunt laquearia dextris.*  
*Ecce super genibus curuata fronte sedentes*  
*Percutiens ueteri renes circumdat alutha*  
*Nestor et effugiens sequiturque fugitque sequentem.*  
*Nox fugit, et nullus ludis modus additur, eia*  
*Lusistis satis est, tandem concedite lecti.*  
*Prona polo suadent iam dudum Sydera Somnos*  
*Impotos abigis: quin hos pretiosa Lyei*  
*Dona cados, et mellitas has sumite. Baccas*  
*Imus et o thalamo coeant feliciter: ite.*  
*Ingredero o thalamum coniux noua: tuque Marite .*  
*Vosque alij (uocat hora) prementi cedite somno ,*  
*Hactenus o Hymenae tuo sulc animus aequor*  
*Remigio. nunc uela nouis extendere uentis*  
*Urget opus. tu transtra tua ne desere puppis.*  
*Non te abigo. Comune deis modo munus agendum est*  
*Quos prohibet spreuisse pudor pietasque timorque .*  
*Ergo adsis Herycina Venus nunc deprecor adsis .*  
*Vt uereor ne forte tuo sine numine noctis*  
*Transcat hoc. prohibe quaso. nec tempore tali*  
*Desere legitimi socialia federa lecti .*

O custos horti, custos rubicunde, Priape:  
 O custos audis ne precor. languere uideris  
 Et langues fortasse. ueni securus agendum est  
 Cum medico, potes hinc quouis egrescere morbo  
 Nulla quidem merces de te (mihî crede) petetur  
 Ergo ades, et qualis fueris iuuenilibus annis  
 Ede senex ueteremque tuum ne pone rigorem.  
 Cum solo est iam sola suo noua Nupta Marito,  
 Nudaque iam strato posuerunt corpora lecto.  
 Quid refugis mea Vita tui pudibunda Mariti  
 Oscula et a tenero disiungis brachia collo.  
 An dubitas uel forte pudeo. dubitabile nil est.  
 Cur pudeat, soli sumus et cum coniuge coniunx.  
 Ergo mane: iussisque tui pareto Mariti.  
 Quid faciam? mea Vita mane. quid deinde, quid oro  
 Sic iaceas paulum sublata parte sinistra  
 In dextrum subnixâ latus. iacet ecce, parata est  
 Altera pars. restat grauioris cura pericli  
 Indiga præcipui conamims. omnis abesse  
 Signities torporq, procul. nâ sperne iacentem  
 Sollicitare manu: et molli atrectare salina,  
 Si nihil crura profunt, Venerisque minister  
 Bacchus et extremæ merces Oriente posita.  
 Insere blanditias molles, lasciuæque uerba,  
 Illecebrasque ordine nouas. Quæ singula si non  
 Erraxisse ualent: poterunt simul omnia farsam.  
 Vicinus arrecta est ualidis antennæ Veruchis  
 Scilicet est aliquid medica fore in arte peritum  
 Iam coit in Venerem complexus uterque uicissim  
 O mea Vita et Ocelle meus mea sola. K. lupras



6 ANDREÆ DACTII

O Anima pars magna mea: mea gaudia coniunx  
 Oscula da centum, linguaque intersere linguam.  
 Ecquid amas me sponsa tuum, quid tristis anhelas  
 Ante aliqua ledi, haudquaqua charissime coniunx  
 Ipsa tibi cuspis in te conuersa minatur.

At quis odor crepitusque meas peruenit ad aures  
 Proiectis Hymeneus abito impetu radis.

Accinxit se Hericina fuga, nasumque reducta  
 Occuluit dextra: & uultum contraxit, io quid  
 Quid fugis, o maneat, fugit fugiamus & ipsi.

De Baldulo Paride

Totam sollicitus uagaris urbem.

Bis saltem pari singulis diebus,

Intentus Veneri Cupidinique,

¶ nam nos modo deperis puellam,

Vno tempore, sed quot urbe tota

Sunt per nobilium domos uisitantes,

Seruiles & enim improbas amores,

Et damnas humili loco creatas.

Cura nobilitas tibi peremine est.

Matronas agitare uirginesque

Vestigas pari diligens adulescentem

In tota domus urbe nulla restat

Quam non circueas salax amator,

Ipsas lumina figis ad fenestras,

Siquam uideris unde fors puellam

Centum nutibus innuis strepisque

Tertium iatis excreationes.

Attentum grande tegens manu reducta

Cuius dampno careere nelles.

Esse ut facie decorus omni.  
 Et si quid tibi credimus: puella  
 Nulla est tam tetrica severitate  
 Quam non in Venerem tuam reclines.  
 Vna terdecies labore nullo,  
 Aestiva solitus caire nocte,  
 In toto quoties coire mense  
 Vix coniunx olida solet capella,  
 O renes nimio fluere plenas.  
 Ferri o mentula durior columna.  
 Qua non his mulier subacta cedat.  
 A centum simul in die rogaris.  
 Centum te cupiunt, precantur, orant,  
 Quas omnes oculis libidinosis  
 Ex ipsis futuis procul fenestris  
 At Sole Hesperias cadente in undas  
 Concepto coitus graui calore  
 Ex uisis tibi per diem puellis  
 Mutato Pari pallio subintrat  
 Recto tramite publicum lupanar  
 Aut preputia dextera remulces:

De Terambo & Paride

Quarto quoque die uexatur febre Terambus  
 Assidua languet febricitate Paris.  
 Quarto nanque die uexat quartana: Terambus.  
 Assiduoque perit tostus amore Paris.

Ad Bassum.

Quod tibi candiduli suppulsant colla capilli.  
 Nec premit albentes hispida barba genas.  
 Quod brevis es, tenuenique brevis das gustare uacens.

Et credi possis eminus esse puer.  
 Formosum te Basse et dignum credis amari.  
 Et peream sinon quod cupis, esse putas  
 Vnica non reddit pulchrum coma nec color albus  
 Qualem subducto sanguine corpus habet.  
 Nec barba caruisse genas inuat arte politas:  
 Ipsa palam facies arguit esse virum.  
 Quid faciet breuitas: tenui quid uocula statui  
 Est aliud credi Basse, quod esse, puer.

## Ad Candidum.

Et puer et forma pulchredine dignus amari.  
 Miraris quo te Candide nullus amet.  
 Scis quare te nullus amet quia despicias omnes.  
 Quæris amatorem Candide primus ama.

## Ad Nylam,

E nostra rapiens manu libellum.  
 Audacter nimis: et nimis proterue.  
 Inter nos facis esse suspicari.  
 Quod te non dubitem uolente uelle.

## Ad Nemiscum.

Semel bis atque ter quaterque quinquies  
 Rogatus omnibus Nemisce denegas  
 Precesque despicias: minisque ferocibus  
 Tonans repellis: increpas: et arguis.  
 Vocas nepharium: scelestum: et impium.  
 Idex superbia putat fieri tua  
 Semel repulsus: et bis: et ter: et quater  
 Nimis pudicus: et seuerus: et grauis  
 Videris alteri: quid hinc ego hauriam  
 Silere non queo nec ut quæam uolo.

Cum

Cum sepius rogatus, & pecunia  
Avarus tradit a prostituas omnibus.  
Tuas venire pluri appetis nates.

In Edentulum.

Exples empticis precariisque  
Veris deficientibus fenestras  
Oris dentibus & specus patentis.  
Imponis misero pietas amanti?  
Qui te deperit: omnibusque credens  
Formosum magis & magis decorum  
Connuentibus inspicit pupillis.  
Imponis sociis sodalibusque?  
Vultu, lumine, naribus, labellis  
Te ridentibus & tuos molares.  
Imponis populo tibi obuianti?  
Cui uel dimidio carere Naso  
Mento, luminibus labrisque posses  
Cum soli sibi providens ocellos  
Nusquam flectere curiosus audet.  
Occurras uacuo? graui cachinno,  
Vel solo mutilo strepit capillo.  
Quid barrhum faciet gerenti in ore.  
Imponis tibi? nec uides miselle.  
Si uis integer usquequaque haberi.  
Aut clausis labijs tibi loquendum.  
Quod demptis potes indicis tigillis.  
Aut in perpetuum tibi silendum.  
De quodam qui se ipsum occiderat  
Ante diem hic iaceo properata morte sepultus.  
Sponsæ manu mortis perfida causa Venus.

## In Luicum

Grandia terrificis minitaris & aspera dictis.

Et uerbum plusquam sesquipedale tonas.

Pulueris in faciem redigis: teris, obruis: uris:

Dilaceras: torques; ignibus: ense: fame.

Hinc metui te forte putas. hinc sperneris, ex quo

Latranti pradam non capit ore canis.

## In Eundem

Iurgaris tumidis Luice uerbis,

Vultu praeipuum superbienti,

Ignitis oculis manu minaci,

Non ipsi patientia ferendus.

Indictum nihil impium relinquis.

Ingens turpe, graue, asperum, proteruum,

Durum, terribile, horridum, tremendum,

Fastosum, rabidum, nephariumque,

Probrum, intolerabile, impudicum,

Non clamoribus abstines pudendis.

Quod contra referam nihil relinquis.

Quae dum singula. Curiosus hostis

Nulla cum ratione dignitatis,

Personae penitus loci uel horae.

Ira turbidus intonas strepisque

In te singula turpiter fateris.

In eum qui sibi sapere uidebatur

Grammaticus, rhetor, geometra, poeta, sophista es.

Astrologus, physicus, musicus eximius.

Grammaticen strueres Diomedem. Tullius artem

Ex te rite queat discere rhetoricam.

Discipulum Eucliden nollas, doctumque Maronem

not.

Cognouit praete nam quid Aristoteles?  
 Balbutit Ptolemaeus iners. dormitque pudenter  
 Hippocrates, iocum quid scit Aristosenus?  
 Usque adeo extremum tumefacto pectore testor  
 Desipis ut credas omnia te sapere.  
 Credere uis alios certe, frustra que laboras.  
 Cum uiuas utrum uiuis in ambiguo.

*In Officiosum Sodalem*

Occurris quoties mihi Luice  
 Tensis basia porrigis labellis  
 Sacratam fidei manumque praebes  
 Et dicis mihi plurimam salutem.  
 Offers te tua in omnibus parata  
 Immensa penitus benignitate.  
 Et qua duxero liberalitate.  
 Hoc tu si mihi milies in hora  
 Occurras facis ambitu supremo.  
 Tanquam Sauromatas moratus inter  
 Tunc primum patrios lares remisam  
 Verbis officiosus es sodalis.

*In Superbum Sodalem.*

Sericio duplicem sub tegmine xystida portans  
 Despicis aestiuo tempore me Comitem.  
 Despicis immerito. quid enim commisimus in te  
 Si me pauperies xystida ferre negat  
 Diuitias igitur fortuna munus honoras.  
 Quodque uiri proprium est despicis, atque uirum.  
 Despicias aestate licet comitemque repellas,  
 At faciet certe te mihi bruma parem.

*Le Lince, et paupe  
 amico*

## In Pedagogum

Et pulchrum & puerum puer decorus  
 Odit Candidus unice Terambum.  
 Et uersa uice Candidum Terambus.  
 At tu Pedagapa libidinoſe  
 Afflictum peris atque amas utrumque.

## In Superbum

Eſt tibi confiteor facies ſpecioſa Cupida  
 Quam uelit & ſi quis pulchrior eſt ſuperbum.  
 Sed coniuncta tua tam dira ſuperbia forma eſt  
 Vt ſimul hanc dānnent inferus & ſuperi.

## Ad Rancidum

Blandior alloquio te nemo eſt Rancide, nemo  
 Gratius attritum dasque capitque uale  
 Plenior eſt uerbis te nemo Rancide, nemo  
 Valdius ingentis garrulitate potens.  
 Credimus & ſiquid perituræ Rancide lingua  
 Tunc cum ſe meritis iactat in aſtra ſuis.  
 Promptior obſequijs te nemo eſt Rancide, nemo  
 Pulchrius officijs explet amicitiam.  
 At ſi quid factis reuera credimus. & ſi  
 Exactis certum ſumitur indicium.  
 Reior in obſequijs te nemo eſt Rancide, nemo  
 Turpius officijs ſædat amicitiam.  
 Ruſticior factis te nemo eſt Rancide, nemo  
 Durius exiguum quodque reſoluit opus.  
 Quicquid habes id lingua tua eſt. Qua forte reſectæ  
 A pietate diſtas iam nihil effigie.

## Ad Amicum.

Quamuis officio non perſungaris amici

Nil mihi rescribens, uacuum quod sponte decebat  
 Munus obire tua, na dum sermone soluto  
 Ante laceßitum diuerso tempore sæpe  
 Quod tamen ardenti sauoque Cupidinis arcu  
 Lasus arbas, ardentque tepentibus ossa medullis  
 Flector: & ex aliqua fieri tibi parte benignus  
 Impellor magis ac deceat, me scilicet olim  
 Haud secus ardentem memini, primaque inuenta  
 Quid sit amor memori deprehensum pectore seruo  
 Quatenus ergo alias grauior de pectore curas  
 Cura fugat facile ignosco culpamque remitto  
 At quia securis puppis naualibus hæret  
 Iam tua, nec fluctus paueat, exarmata marinas  
 Non aliqua sons esse nequis, culpaque uacare  
 Vtque uaces alijs admissis omnibus: unum  
 Non leue commissum est sancte temerare silendo  
 Fædus amicitiae, sed ne prolixor æquo  
 Ambitiosa suas transmittat epistola metas  
 Huc uenias, seruesque fidem, promissaque soluat  
 Ocyus, ut uictu pariter letemur agresti.  
 Hoc sat erit dixisse, vale nostrique memento.

## De Pineæ Nucæ

Horrida, si duplici tegitur nux pinea testa,  
 Cur segor, a tenui uix cute misis ego.

## De Rancido

Dicitur infelix consumptis artubus Echo:  
 Nil nisi supremum uotis habere sonum.  
 Crede mihi non est mendacum fabula uatum  
 An non possit amor quod uel auaritia?  
 Rancidus exemplo est, auri qui perditus igne



*Infelix usum nil nisi uocis habet.*

*De Equo*

*Præcipites timui saltem rupesque perasas:*

*Aut miserum: tristi posse perire fame.*

*Pabula non timui pingui letissima campo.*

*Qua rupto causam uentre dedere necis.*

*De Rancido*

*Inter sodales Rancidus numquam sitis.*

*Si portione tradita pecunia*

*Bibatur. ac si milies gratis die*

*Merum propinetur bibit nunquam satis.*

*Consolatio ad Amicum*

*Quamuis mortem tui doleam charissime fratris*

*Vel quod amicus erat: uel quod tibi frater amico.*

*Quod tamen est aliud presenti cernere uultu*

*Atque audire procul rerum infelicia ducens.*

*Muneris esse mei consolatoris egentem*

*Solari: hos ad te statui conscribere uersus.*

*Non quia te talem sperem; qui rebus in arctis*

*Ignores seruare modum sed prorsus eadem.*

*Hoc opera aggredior quo consoletur. uterque.*

*Ergo uelim statuas uenientibus ordine fatis*

*Cuncta regi patalo late fluitantia mundo.*

*Hinc sua cunque dies spatij prescribitur æquis.*

*Fixa lege deum nulla superabilis arte.*

*An ne aliquid fratri precor euenisse putandum est?*

*Non omni commune uiro? mort alibus ille*

*Mortalis natus genitoribus? iuit eodem.*

*Quo cunctis certe est incerto tempore eundem.*

*Ecquid adhuc tristi turbabis pectora luctu.*

Sanus homo? et lachrymis muliebribus ora rigabis.  
 Certè ego si lachrymis redimi irreparabile damnum  
 Posset. & insolitum quicquam euenisset adempto:  
 Tecum una in magnos difflerem lumina planctus.  
 Quidnam autem aeterna magnorum lege deorum  
 Venturo passurus idem certissime in aeuo  
 Quod pater & proauus cunctaque ab origine gètes  
 Ingrato uita producant tempora luctu.  
 Quod iuuenis primoque iacet surreptus in aeuo?  
 An si maturis senior cessisset in annis  
 Id lenius tolerare queam. sat uixerit ille  
 Qui nulli nixit culpabilis. illius atas  
 Quam breuis est totos superarit Nestoris annos.  
 Aut est aut non est post mortem sensus ademptis.  
 Si non est, quid Scamandro praestauerit ille  
 Qui Tartheſiacas tot saecula rexit habenas  
 Sentiet illud idem latho confectus uterque.  
 At si quis restat Sensus, quod credere dignum est.  
 Sunt etiam diuersa loco tentoria: Vita,  
 Pro meritis. non Thersites & Diuus Ulixes  
 Sedibus isdem haerent. senior de rupe Prometheus  
 Caucaſea pendet. Phrygius cratere ministrat  
 Vina Ioui ambrosiasque puer. Quid longior atas  
 Tantale quid refugas captanti profuit undas.  
 Abstulit ergo nihil breuior sibi temporis atas  
 Allatrua nihil centum si proroget annos  
 Esse aliquid ni iam uitam producere frustra  
 Dicimus. & uanos longum exsudare labore.  
 Nam quid tam tristi iucundum tempore cuiquam  
 Esse potest. late sensit crudelis Erymnis.

Discordes patriæ populantur viscera cives.  
 Imminet exitio Pests, Gladiusque, Famesque  
 Cominus: & legum perijt ueneranda potestas.  
 Hinc defeçtrices insultant milite Pisa.  
 Illinc tela sonant atque exulis arma Tyranni  
 Et Venetum conductâ manus depressa laborat  
 Publica res quido sumptis in scœnore nummis  
 Tum priuat a graui premitur res pondere paucis  
 Grandia soluendo Patriæ tributa petenti,  
 Existunt: modicis rebus plerique laborant.  
 Imminet ambiguo Fortuna minaciter ore.  
 Quem rebus positura modum? spes omnis in arcto est.  
 Tristis ubique pavor: morboque ferocius omni  
 Dura sorte loci peiora timere futura.  
 Et grauior latho dira expectatio Mortis.  
 Non ne libet medio sermone abrumpere Vitam  
 Si pietas si fata sinant tetricæque sorores.  
 Fœlix morte sua Frater: qui munere diuino  
 E medijs sublatu aquis, securus ab alta  
 Arce poli tumidas luctantes respicit undas  
 Purgata iam labe mali: nostrosque labores  
 Ridet, & æternæ fruitur dulcedine Vitæ.  
 At nos incerto Fortuna ducimur æstu  
 Iactamurque mari, & uentis agitamur iniquis  
 Terra procul micat igne polus, sonat Ethra salutis  
 Apparent nusquam uestigia. Viuius ergo  
 Qualiter extrema si quis in morte laborat  
 Languidus: & puncto uiuit moriturus eodem  
 Exclamare libet miseri qui uiuimus: illi  
 Fœlices quis morte datum finire labores.

Et tamen est quare fatis urgentibus olim  
Solemur, iussa que fruamur munere & ita.  
Quod pietas veneranda iubet: quod ingenie probatur  
Quod quoque probatum ex igno nate preciosus aurum a

De se ipso

Nocte fera inuigilant operi, sub luce quiescunt.

Luce laborat, et in nocte quiescit homo.

Est ego fortuna telis obiectus iniqua. *in quæ nulla gessit*

Perpetuo curis nocte dieque premor.

De se & amico

Vt uiret in trunco ramus; diuisus ut aret

Sic mea mens uultu statque caditque tua

Vnde tuus uires uultus mihi prestat & auferet.

*comparatio*

Quod mihi tu truncus quod tibi ramus ego.

De se ipso

(nem)

Cerua Vrsum fugat, Agna Lupum, Lupus ipse Leom

Accipit non K elucris, qua sibi aut a fugat est.

*noto*

Hostes quisque suos, ego solus prosequor hostem.

Hac mihi confugij sola relicta domus.

De K eritate.

Qualiter Egyptie lacet arunt Penthea Baccha

Sacrilegi pœnas cum dedit ille sui

Vt fratrem Medea suum, Cadmi que nepotem

Mutatam, rabidi diripuerunt canes.

Immeritam logici sic discerpere furentes:

Vt nulla factum cum ratione putes.

Quique sibi iactant leges & iura tueri:

Me miseram contra iusque piusque trahunt.

Pro quorum pœna scelerum pia numina testor

Vt conducticio milite bella gerant.

Ad Amicam.

Vt reuocat pulsam nutricem floribus infans.

Sic ego quam fugi quaro tuam faciem.

Nutricem te fecit amor, me fecit alumnam:

Qua potes, o, miserum sola beare, bea.

De Infante

Parce meum lachrymis hospes temerare sepulchrum

Hac omnes nati condicione sumus.

Vixi impar multis infletus fletibus an oro?

Quem magnis fecit regibus urna parem?

De eodem

Flens puer erupi miser a genitricis ab alar.

Diffleui vitæ tempus in omnia mea

Et nequid misero non illachrymabile restet.

Flens morior patria flentis in ore mea.

De Amore Glacie Torpente

Iunxerat adducto restantia cornua nervo

Vulnera iam misero iamque daturus, amor

Dumque lacum saculo semulco signo nas ocello

Torpuit: &amp; casso uulnere dextra riget

Extincta cecidere faces, &amp; chorda r. ductis

Cornibus ingenti fracta iacet strepitu.

At tibi frigida hyems inopine causa salutis

Addant perpetuas Numina magna minas

In Laudatorem Marulli

Quod mihi uersiculos laudas &amp; scripta Marulli

Laudo ego, si laudis terminus ullus erit

Sed mihi quod toties laudes; totiesque Marulli

Carmina, confiteor non tolerare queo.

Desine, laudasti, satis est, ne forte Marulli

*Credantur uersis laudis egere tuae.*

*Ad Lycorim*

*Quantum uix facibus iugato, sacris*

*Dotem nostra dedit parens parenti*

*Tantum nocte petis pecuniarum*

*Mercedem Veneris tuæ Lycori.*

*Quid si nulla tibi inde sit uoluptas.*

*Aut formam pretio tuam parasses.*

*Sed uendas licet huic & isti & illi*

*Quanti uis Venerem tuam Lycori.*

*Venalis modo sis meo mutoni*

*Vnum non emmo pœnitere tanti.*

*De Musca*

*Lunarat rigidum sinuatis cornibus arcum*

*Armat atque suas in mea damna faces.*

*Indoluit, lumenque manu fricuisse capido*

*Dicitur in causa Musca doloris erat.*

*Ergo furens animi pharetram lanauit & arcus*

*Et scidit ardentes impia tela faces*

*Quid tibi pro tanto reddam pia munere Musca.*

*Helysias habites umbra beata domos.*

*De Patre & Filio*

*Cum peteres gladio fugientem Rabula natum*

*Querenti causas illo furoris ait*

*Impius heu sacri temerato iure parentis*

*Iuit in amplexus coniugis iste mea*

*Filius hunc contra, quid ni pater improbe si ce*

*Cognouit toties nostra uirum generare.*

*De Psytaco*

*Optimus humani simulator Psytacus oris*

74     *ANDREAE DACTII*

*Hoc uolucrum tumultu gloria rara iacet.*

*De Rancido*

*Oderunt omnes (dixi) te Rancide. at ille*

*Si potes inuenias quos ego (dixit) amem.*

*Ad Angelum Policianum*

*Angele Pierios inter graue nomen alumnos*

*Præcipuum nostri temporis ingenium*

*Quem bene consultum fato seruante: negabit*

*Iure soror nunquam Thespias esse sibi.*

*Erue congestos exulta mente labores*

*Neu tuus incassum sudor & alior eat.*

*Consule uenturo scriptis grauioribus auro*

*Vincat & herentem posteritatis amor.*

*Natus homo est, homini male grati pectoris ille est*

*Ingenij quisquis condit auarus opes.*

*Gloria spernentem sequitur laus: utile: hominque*

*Vel fugiat. uirtus sufficit una sibi.*

*Græuæ hirsutas inter rosa candida nepres*

*Ridet: & arenti pulchrior unda loco.*

*Exilit impatiens angusta sede senari*

*Ocyus & fertur lata per arua bonum.*

*Hoc cime auaritia poterit cohibere potestas:*

*Victurusque breui tempore lixor edax.*

*Turpiter argenti calat si pondera & auri*

*Turpius ingenij condit auarus opes.*

*Quid nondum nati, quid nam ueruerè nepotes:*

*Ipsa tunc patrum crimina posteritas?*

*Futile nomen honos, laudes, & gloria, utrisque*

*Communis uirtus possidet una bonos.*

*Consuluisse suis æterna nepotibus illa est*

*Gloria fama decus utilitas & honor.*

*Ad Amicum.*

O cui magnorum nutu concessa deorum  
*Virtus, Divitiæ, Gloria, Forma, Decus.*  
*Unica Pierij tot tempestatibus acti*  
*Unica iactati spesque salusque Chori.*  
*Sit qui bis Tyrio saturatas murice uestes*  
*Deque metallifero det tibi dona Tago*  
*Qui tibi Niliacas uentosa per equora gemmas*  
*Aduehat: & quicquid clarius orbe nitet*  
*Hic tibi lanigeris referat uenientia Lucis*  
*Serica, Mygdonia ueller a pieta manu.*  
*Hic det Apellæas Veneris tabulasque Tymantis.*  
*Et docta Phydæ signa polita manu.*  
*At nostri æternum seruantia carmina nomen*  
*In te conspiciui pignus amoris erit.*

*Ad Fuluiam*

Tent aui coram tibi Fuluia dicere sepe  
*Quam mea sæuus amor ignibus ossa cremet.*  
*Hæserunt imo uerba intercepta palato*  
*Et uetuit qui nunc scribere cogit amor*  
*Ergo amo te quantum non est comprehendere cuiquam*  
*Qui quantum scit amat, non bene prorsus amat*

*De quondam Puero*

*Uit Narcissus Pisas redijt Ganimedes*  
*Rursus eat Pisas forsân Adonis erit.*

*De Candido & Ruffo*

*Candidus & Ruffus fratres duo pulcher uterque.*  
*Et color ambobus nomina forte dedit*  
*Hic atate prior, sed corpore grandior ille*



Ut non sunt annis sic quoque mole pares  
 Vixerunt longe diuersis moribus amba  
 Et multo dispar tempore uita fuit  
 Vix aliqua tandem sed conuenere duorum  
 Dissimilis na omni tempore uita foret.  
 Alter septisidam munus chelin alter ab uno  
 Mercedem Veneris hendecachordon habet.

Ad Fulviam

Conantem me saepe loqui pudor ipse repressit  
 Nec tibi quod uolui dicere adhuc potui.  
 Me facies moresque tui cepere, tenentque.  
 Sit meus o facias iste perennis amor.  
 Maluoram coram tibi discere, sed pudor obstat  
 Hac tibi quam misto charta pudore caret.

Ad Iacobum Nardum

Iacobe mi pra omnibus sodalibus  
 Amate, si quid ulli adhuc bene creditur,  
 Tuas rubore tinge na malo genas.  
 Amare quo ferare, dum male non ames.  
 Amas? quod etas postulat facis tua.  
 Quod hic & iste & ille fecit aut aget.  
 Commune crimen est si amare crimen est.  
 Sed absit, ut sodalem ega arbitrer memm  
 Libidinosam turpiter prurigine  
 Quicquid popellus inquit, moueriet.  
 Sed illo amore quo bonum decet uirum.  
 Nouem sororum amicum & omnium deam.  
 Vel ergo amas ut optimum decet uirum.  
 Vel non amas, quicquid popellus inquit.  
 Bonam puta sat esse conscientiam.

Putere na ue quod nec es nec esse iis.  
 Tuas rubore tinge ne malo genas  
 Amare quo ferare dum male non ames.

Ad Angelum de Aretio

Arreti specimen decusque honorque.  
 Doctis, Angele, non secus camanis  
 Gratus quam Maro, Horatius, Catullus.  
 Cessas mi ueteri tuo sodali.  
 Tanquam iam carie situque obeso;  
 Gratas Pieridum uices referre?  
 Cessas officium referre amico?  
 Non est ingenij silere amici.  
 Sed sunt quis premeris tibi actiones.  
 Est ingens cumulus negotiorum.  
 Opponis clipeum mihi actionum?  
 Ignoscam tibi que actionibusque.  
 Si quicquam studio facis repulso.  
 Aut prater studium tibi negoti est.  
 Si non & totidem mihi actiones.  
 Ut uix quid study's loci superfit.  
 Quas inter tamen & tui recordor  
 Ut par est, ueteris mei sodalis.  
 Quod si tu ueteri tuo sodali  
 Tanquam iam carie situque obeso,  
 Perstas officium negare amici  
 Vel fastus nimis es negotiosus  
 Ut sit nomen idem tui & negoti.  
 Vel, quod pace tua uelim locutum  
 Et quod sit procul, inuide superbus

Ad Aleßium Lapaccinum.

Sic o pieridum chorus

Sic magnus specula rex Heliconia  
 Vinciri iubeat tua,  
 Iam dudum meritis tempora frondibus.  
 Quod te quod studium meas  
 Egit ridiculas querere ineptias  
 Annis quod teneris puer.  
 Inuito cecini carmen Apolline  
 Partum quem neget obstetrix  
 Dignum Sydereo uiuere sub polo  
 Informi facie caput  
 Præceptis oculis naribus et labris  
 Monstrum quale nec hospita  
 Quam lata extat ad hunc uidit humus diem,  
 Et cesso miser emori  
 Tam saui genitor prodigij impudens.  
 Et cesso tamen improbus  
 Si cessare parum est adijciam meis  
 Crimen criminibus nouum.  
 Damnatum tenebris exterioribus  
 Inuisumque Herebo et polo  
 Propagare ferox in populos caput.  
 Non si Iuppiter imperet  
 Quisquam me comitum fidus ad impium  
 Hortator subiget scelus  
 Dum compos animi mens furijs uacat.  
 Ergo durior aspera  
 Tam largo comiti rebus in omnibus  
 Præter quam Veneri suam  
 Ergo Caucaſea rupe ero durior  
 Et quæ perpetuo colo

Nene.

Nunc uitas hominum flatoribus  
 Consuetudinis immemor  
 Seruata a teneris unguiculis mihi  
 Qua nil addidici meum  
 Non commune meis esse sodalibus.  
 Et nunc carmen Alexidi  
 Poscenti, officij non memor abnuam?  
 Quamuis dedecus in meum  
 Si perstas cupidus poscere uocibus,  
 Flammis est a uoracibus  
 Ereptus liber aures feriet tuas.  
 Qui si te afficiet male,  
 Quod uolui et faciet dedecus in meum.  
 Mecum sic liber inquit  
 Quaesisti, ergo habeas quicquid id est mali.

Epitaphium Marsily Ficini

Hic situs est magni sacrum qui dogma Platonis  
 Marsilius patriae tradidit et Latiae,  
 Exuias tellus, caelestes spiritus oras  
 Diua sed et terram fama polumque tenet.

Ad Iacobum Nardum

Horres dulciculos meos Iambos  
 Qui nomen nisi nil habent Iambi,  
 Pulchella facie uenustulaque  
 Qui sine mellicula uel Articilla  
 Vel longo Siculis fauis sapor.  
 Horres immerito meos Iambos,  
 Sed nomen satis est habere Iambi,  
 Quod durum cruor efficit Lycamba.  
 Esto, si placet horreas Iambos.

f

*Dum non Hendecasyllabos tremiscas  
 Et lasciuolos meos trochillos  
 Et neruum rigidi & pharetram amoris  
 Qui nec Calicolum timore regi,  
 Nec matri pietate, nec sibi ipsi,  
 Nedum Nardiolo meo pepercit.  
 Iam tu, si bene te Iacobe naui  
 Maui Hendecasyllabis Iambos.*

*De Amica Vultu & Maribus*

*Odi & amo? & nequeo non illud amare quod odi  
 Rursus habere odio non nequeo quod amo.  
 Sic odio miscetur Amor. mulcetur Amore.  
 Sic odium. atque odio sic maculatur Amor,  
 Te faveor moresque tuos mutabilis odi  
 Depereo rursus te faciemque tuam.  
 Magna tibi toties ne me contraria ledant  
 Immutent mores Numina uel Faciem*

*Ad Gallam.*

*Ne mihi praterito suauit quod flore iuuentus  
 Debueras dicas Gallarogare rogo*

*Ad Machrinum.*

*Curarum non parua manus Machrine mearum  
 Ecquid ab urbanis absentis rebus amici  
 Rite memor grata seruas pietatis amorem?  
 An leuis ex animo cum corpore cessit imago.  
 Certe ego seu rutilum radijs Titana coruscis  
 Altior ex a quo diuisi circulus Orbis  
 Spectat & ardenti lustrantem lampade Terram  
 Siue Polum fuscis Nox circumplectitur alis  
 Densior obscura tetra caliginis umbra.*

Parte mei meliore memor presentia cerno  
 Ora nec oppositi prohibent tua lumina montes.  
 Ipsa mihi ante oculos praesens absentis imago  
 Qualis ad ingentes mira testudinis arcus  
 Murorumque minas; nudaque patentia celo  
 Aequora lata uolat & plerima mente recusat  
 Hinc ego (ni uanis mens agra eluditur ausis  
 Argumenta notis) ausim praesumere certis  
 Immemorem non esse mei quem pectore seruem,  
 Sic tua me probitas, fida sic mutua nostra  
 Vincula amicitiae, pietasque fidesque probumque  
 Ingenium sperare iubent, nos omine fausto  
 Spem Superi firmate bonam, ac concedite quaso  
 Ne sit abortiuo spes intercepta sinistro  
 Sed date legitimos maturo tempore partus.  
 Id praestare Deos quamuis adductus opinor  
 In diuersa trahunt certamina spesque timorque  
 Ambigua leuitate animum, sic aequore in alto  
 Cum fera diuersi coeunt ad praelia uenti  
 Auster harenosa Syrtis populator: & oris  
 Sauius Hyperboreis Aquilo stridentibus alis  
 Certatim incumbunt Pelago, tolluntque per auras  
 Ceruleos fluctus cumulosque ad sidera aquarum,  
 Fluctuat instabilis non aequo pondere cymba  
 Utque graues animos tumefactaq; murmura ponit  
 Pacatis Neptunus equis ubi cauida lustrat  
 Fertur in optatos puppis certo impete portus  
 Scripta tuis manibus nutantem littera mentem  
 Sistet & a Pelago fausta firmabit harena  
 Quicquid erit, rerum dum sit pars una uarum

Seu tibi materiam dederit defectus? abundans  
 Flumine seu largo facundia fluxerit, omne  
 Gratū erit, atque adeo nequid mihi gratius, absūm  
 Dum procul a nobis gelida uagus incola terra.

οἱ μὲν ἀπαλάμνουσ' ἀνδρᾶσ' ἑταροῦντο ἀνδρεῖν  
 ἄσπεος ἐσ' μεγάλῃν ἔλθετετόνδε νόον

Dum quid legitimū sit scire & discere tentas  
 Ne facias contra iusque piūque uide.

Quod decet ignoras satius quā despicis? illud  
 Natura dicas hoc animi uitium.

Ad Alexandrum Pactium.

Non de te numeros uel hos uel illos

Pacti sed numeros uel hos uel illos.

Qualescunque dares uolens petiuis

Misisti hendecasyllabos roganti

Torssisses uel iambicas sagittas.

Antu de damino quasi macelli:

Vel pectuscula cluniumue partes,

Certum quid tibi flagitans, minisque.

Mecum iure uideris actitare?

Hoc est Archilochi excitare iambos.

Si mi non etiam ferociores

Quamuis nomine mitiore rectos

Tradas hendecasyllabos iambis.

De Reditu Amici

Salue praesidium meum, decusque.

Spes, Desiderium, Lepos, Voluptas.

Salue Deliciae mea Sodalis.

Tandem post uarias Amice, casus

Post sanas hyemis fera procellas,  
 Post tam tempora longa, post dies tot  
 Mi vultus datur en tuos videre,  
 Et ueras capere & referre uoces.  
 Amplexus mihi da diu cupitos.  
 Da centum & cape basiationes.  
 Felicem quater o diem & beatum.  
 Ten dextra teneo? ten osculoque?  
 Ut uix luminibus manuque credo.  
 Ut somno uigil, ambigo teneri:  
 Sic cor letitiaque gaudioque  
 Compos uix animi: suisque gestit.  
 O lux candida pulchra: lux beata  
 Reddis me sibi, mi meum Sodalem.  
 Fortunas Animumque Corculumque.  
 Iam nil. O superi precamur ultra.  
 Concessis liceat frui perenne.

βοῦν ἄλλον οὐδὲ κόκκον ἔχει φεύγειο μελανόχρου  
 φεῦ ἥθους. ἔδῃ γὰρ χρώμα λυέτε φίλου  
 Ad Machrinum

Pollicitum large mihi quae te cunque roga rem.  
 Te licet usque rogem das tamen inde nihil  
 Velle quidem nec posse (nephas) uox redditur una:  
 Et peream si non quae periere: rogem.  
 Dauidum Machrine rogo, quia cetera desunt.  
 Respondere aliud nil: nisi nolle: potes.

Ad Dysphilem

Quod dixi te Dysphile amo, me despicias. odi  
 Stas tibi: dispeream me nisi Dysphile amas.



## De Sene repuerascente

Iliacas acies alios Danaumque tumores  
 Dicat : & Heroum cui quis uult addat honorem  
 Tu cunina mihi primis immania uanis  
 Gesta bis octonos & tres celebrata sub annos  
 Exordire. Puer materna eductus ab aluo  
 Quicquid agi puerile solet (quis crederet) inde  
 Distulit in stupida non congrua tempora uita.  
 Ille & ab uberibus magna dedit indolis omnia  
 Spesque fide maior populos inuasit : eratque  
 Non leue momentum tenera miracula dextra  
 Vel motura graues animos. tum cognita late  
 Immatura uiri grauitas. raraque superbum  
 Indolis ingenium, tum portendentia mentem.  
 Verba senis. Pyliæ non concessura senectæ.  
 Talis erat trepida cum iam lallaret alumna  
 Herbarum metuenda laes, qui sanguine uesci  
 Abiuit. & magno tradens precepta Platoni.  
 Par decus ipsa ferunt cunabula cætera longa  
 Diuersis cessere modis. Crescentibus annis  
 Decreuit uigor ille animi? sensimque refugit  
 Mentis acuta acies? torpentique obruta Somno  
 Pubescente gena prima tentamina cuna  
 Exigit, & uerso se se temone reliquit  
 Scilicet hinc nulli res est obscura? senectæ  
 Vim teneris concessam annis, & postera primis  
 Commutat a locis. Ita contrarius ordo  
 Mutatam rerum seriem patefecit & ultro  
 Si quæsisse neges se se procul obuius effert.  
 Ergo aut exiguis constructam menibus arcem

Plafello transferre parat lateris ue recocti  
 Pulvere bombycinos implet nigrante cucullos  
 Clitellam ue cans statuit, dorsoque negantis  
 Sarcinulas religat, ac frenis impedit ora.  
 Deceptasue cano protuladit carcere Muscas.  
 Aut virides capit at propter spineta Lacertas  
 Atque illi caput ense rotat. sed restis iniquae  
 Altera fert laqueos suspensaue calcibus auras  
 Verberat, interdum nucibus par luset at impar  
 Ad patulum ue cauum. iactuque euersere tentat  
 Congestas de more nuces. sectaue papyri  
 E specidīs uarias Euro spirante figuras  
 Projcit, atque oculis seruat sub nube uolantes  
 Affectatque alias aliud, lachrymisque negat uisum  
 Flagitat instabilis nec certa sede moratur.  
 Arridet, lachrymat, toties mutatur in hora  
 Quot Proteus summit facies. Quot Messis aristas  
 Poma autumnus habet. mittam liuentia plumbi  
 Percussi prudens numismata, nec mihi cura.  
 Ferrea clauorum series. & qua uice sepe  
 Canna potitur equi, ac praerorrit flumina cursu.  
 Multaque praeterea, fama qua tradere tempus  
 Abnegat, adueniet diuis melioribus hora  
 Qua liceat dimissa sequi. atque ex ordine totum  
 Pandere opus. totaque nouem diducere cyrrha  
 Ille quidem melior paulatim euadit, & quo  
 His longe maiora dabit, ni manus haruspex  
 Praescia fatidicis decepit viscera fbris.  
 Donec concessa perfecto tempore uita  
 Qua prius aetherias carpsit spirabilis auras

*Flectat iter matrisque iterum condatur in alio  
Iamque adeo clausa liceat consistere meta.*

*De Pueri male Pracincto.*

*Quod male pracinctum puerum te dixerit Eunus.*

*Lat aris uanis ominis indicij.*

*Quid sibi cum Sylla. Tibi quid cum Cesare, quamuis*

*Et male pracinctus & puer & malus es.*

*Finge tamen factis animo quod concipis esse.*

*Vindice non deerit Cassius ense tibi.*

*De Obitu Marulli*

*Ingenio Phœbo belli par munere Marti*

*Graia domus Cecina busta Marullus habet.*

*De Eodem*

*Quasi toties hostilia tela Marullus*

*Vt Cecine tumidis obrueretur aquis.*

*De Catone*

*Quid magni perimens se se Cato fecit alibi alci*

*Cernere uictoris non tulit ora sui.*

*De temporis Velocitate*

*Temporis amissi frustra dolor ille dolorum est*

*Fulmineoque dies acutus igne uolat.*

*Ad Formosum.*

*Natura specimen quo se se contulit omnis*

*Gratia, Mens, Animus, Forma, Pudicitia.*

*Ad Alexium*

*Opereat de te quicumque sititor Alexi*

*Hesterni sua sit nocte rogare merum*

*Quae prius hūnebat taciturno lingua palato.*

*Dum loquor: arenti est aspera facta siti.*

*Fata deosque mihi sitis est dum cura futura.*

Arruit ante diem praecipit a sitis  
Vivite venturi cuicumque est cura dici

Non facit ad sortem sedula cura meam

Ad Eundem

At cessas dare debitum sodali

Poscenti Bromium, vel exprobranti

Spectator sapidi elegans Alexi

Expectas iterum rogem precerque

Non tantum est Bromij calix avari.

Expectas, nihil est sacri maligne

Confundis nobis somnis, Lyncus

Dicis prodigiosa somniantem

Portentum ne adeo precor tremendi est.

Amplexus lepidi rogare Pachi

At re tempore somnare noctis

Quos luci vigilans adoret, deer.

Consilium

Somno luminare prius reclines

Quam lapsa reputaris astra lucis.

Epitaphium Antonij Ally Episcopi V. olaterrano

Allius Antistas V. olaterra Antonius hic est

Moribus incertum maior an ingenio

Vita quidem praescis etiam mirabilis annis

Plurimus ingenij stat monumenta liber.

Ad Alexium

Nil nos de Bromio queramus at tu

Ne persta vitio alteri imputare

Optes quae vigilando somniant

Francisco quoque teste, ceterisque

Oras qui Laty colunt profundo

Ne Vasco mihi testis excitetur

In re serio maxime iocosa

Vel mixto patius ioco fœdera.

Sed missum facio citare testes

Se magna fidei Viram probemus.

Quod multis mihi testibus citatis

Credatur tibi testibus recisis.

De Puero fugiente

Dum fugis iniecta lacerat a lacrima dextra

Ingenue fateor criminis esse mei

Sic tamen esse me liceat modo uera referre

Vt non diffitear criminis esse tui

Non ego quem nec tu fugias qui iure das ergo

Quod fugis ambobus crimina damna tibi

Ad Paulum

Ah ualeat: quicumque tibi persuaserit auctor

Carmine me mores carpere Paule tuos

Ille & de superis male sentit: utriusque parentis

Sacrilegas quoties intulit ille manus.

Proh pietas proh sancta fides tuus ille per ignes

Cognitus: & toties per fera bella comes;

Suggestu potuit credi male fidus iniquos?

Sic indepræhensi criminis esse reus.

Dij facerent animumque meum, pectusque nideres

Insontem ladi confiscare uirum.

Ille notis quisquæ tacitis te laesit innotuit

Cognita res uni uixque duobus erat.

Si phas uera loqui: si quid tua Fama labras

Prima quidem illius, proxima culpa est.

Indice te populi peruasit fabula in aures,  
 Et prope cadentis crimina laesus habes.  
 Atque utinam poenas tecum daret impius, ex quo  
 Non placuit saluo te daret ille deis  
 Sed dabit (est enim qui iudicat & uidet) olim  
 Quid scimus, dudum forsitan ille dedit  
 Non tamen idcirco culpam in te transfero ab illo  
 Absit iudicijs ab pudor iste meis.  
 Sed tua cum fuerint tacitis signata figuris  
 Vlcera quae soli uix tibi nosse licet.  
 Nostra palam ferro probitas laceratur aperto  
 Nullius Caelo conscia teste doli.  
 Exceptas ausit uoces temerarius auctor  
 Ausit carminibus inserere ipse suis  
 Quo mihi famosi scribatur culpa libelli  
 Ah nimium faciles in sua uota deos.  
 Ausit & o Superi uicit Fraus impia uerum  
 Dicimur innocui criminis esse rei.  
 Idque feram credant alij quacunque libido est  
 Dum sit iudicijs mens procul ista tuis  
 Me tua credulitas auibus tentata sinistris  
 Me tua credulitas unica Paule mouet  
 Illa mihi est animis, illam reuocare cadentem:  
 Si licet ad primos est mihi cura gradus.  
 Ista mihi tecum geritur res omnis; ab uno  
 Iudicio pendet quantulacunque tuo  
 Da mihi te facilem placidoque hac aspice multo.  
 Non decet iratum iudicis esse animum.  
 Sed neque es iratus, neque enim tam frivola possumus

✱ ANDREAE DACTII

Altius ingenium facta mouere tuum.  
 Ipse quod in promptu est uita tenor optimus ergo  
 Longius incaptum ne remoremur iter.  
 Tempus adhuc nullis maculis si quæris inustus,  
 Candoris speciem detinet usque sui.  
 Nulla per ignarum de me sunt omnia testes  
 Inspicias turpis fabula uulgus ut  
 Tu mihi tu morum testis grauis ipse meorum es  
 Cuius Amicitia lustra secunda fluunt  
 Laudator nostri morum rerumque fuisti:  
 Nec tibi in officio nequior ipse fuit.  
 Ha mihi, si certis licuit cognoscere quisquam  
 Indicijs, laudes pignus amoris erant.  
 Nec tibi praeipuos (si uera fateris) Amicos  
 Inter & eximios ultimus ipse fuit.  
 Certe ego quærenti, uerum qua ducis amicitio  
 Siquis erit dixi: quis nisi Paulus erit.  
 Ipsa tamen meritis pietas tua uicit, & olim  
 Rarum habeo per te nomen Amicitia  
 Et mihi uter uestrum certastis amicior, esset  
 Pectoribus uestris tunc ego tantus eram.  
 Fallimur, an fictus placuit contendere uerbis  
 Certamenque adeo nil, nisi lusus erat.  
 Afferat incerto turbatum uulnere pectus  
 Auctorem quod me dixerit esse doli.  
 An magis ex animo res gesta, est, ipseque feruens  
 Pectoris aëta pati claustra negauit Amor.  
 Quoque magis immeritum ladi se credidit ira  
 Exarsit flammis mens furiosa nouis.  
 Quicquid erat, nostris hæsit fixumque medullis

Permanet, ad uita Fata suprema mea.  
 Tempore iam ex illo tibi uiuimus, hinc mea porro  
 Iure potes iuris dicere facta tui.  
 Hinc addicta tibi, mea sunt quaecunque fuerunt  
 Munera fortuna, corporis, ingenij.  
 Tentavi aeternum nostro te carmine, meque  
 Mole simul magni nominis esse tui.  
 Imperfectus adhuc materna liber in alio  
 Est mihi, laude tua non leue prorsus opus.  
 Nulla Fides dictis, nudis modo rebus agamus.  
 Spectetur factis intemerata Fides.  
 Expediat si forte tibi per tela, per hostes,  
 Per medios ignes, ibimus, ire iube.  
 Dadaleos iussi tentabimus aere cursus:  
 Des licet aquoreis Icare nomen aquis.  
 Hoc erit examen examine certius omni  
 Hoc certum uera pignus amicitiae.  
 Ac me quando alios ingentis prater amoris  
 Pignora, ad hac Testes tradere fata negant.  
 Per quaecunque tibi placeat Celestia iuro  
 Numina perque tuum Dulce meumque caput.  
 Perque ipsum qui durat adhuc mansurus amorem.  
 Per qui fallaces corripuere Deos.  
 Na mihi contingat felicia tempora uita,  
 Cernere, & optato quolibet ante frui.  
 Ipsa sed aduerso Fortuna minaciter ore  
 Sawiat in miserum sanguinolenta caput  
 Per praecedentes geminos si uisere Soles  
 Contigit hunc quo sunt scripta reperta locum.  
 Aut aliquis ductu nostro se contulit illuc.



*Consilij's ueniens in tua damna meis.*

*Ad Deiparam:*

*Stelliferi Regina poli cui uirginis uni  
Contigit & matris nomen habere Dei  
Virgo genus partu cuius mortale reuixit  
Cuius parva salus uirginitate parens  
Da cupido (neque enim sine te tibi dicere laudes  
Est cuiquam) tanto numine digna loqui  
Arentem sancto facunda nectare mentem  
Sensiat Ingenium crederis unde parens.  
Grandia concipiat pectus, conceptaque ructes  
Non desiderijs inferiora suis.  
Clauserat aetherias transacti crimine iussu  
Damnata Genitor posteritate fores,  
Errabat priuata suis humana Propago  
Finibus incerta subdita facta neci.  
Cuique prius rerum parebant cuncta iubenti  
In se se discors est sibi factus homo.  
Ille licet meritas lueret pro crimine pœnas  
Et sibi condicta lege subisset onus  
Quo diuina tamen in se fulgeret imago  
Natus & aetherias esset adire domos  
Non postrema Deo supera de sede repulsum  
Ad primos iterum cura referre gradus  
Ius pietasque uia Domini, quibus ordine iunctis  
Omnipotens per agit dextra quod optat opus  
Mittere mortales superantia debita uires  
Iustitia dicas & Pietatis opus,  
Claudatur modico suprema Potentia sine  
Id facturum adeo quis neget esse Deum,*

Ipsa sed inuenta meliore aeterna potestas  
 Iustitia fecit cum Pietate satis.  
 Non poterat, debebat Homo, non debitor ulli  
 Soluere qui posset nisi Deus, unus erat  
 Factus Homo Deus est: et debita morte resoluit  
 Qui debebat Homo, qui poteratque Deus.  
 Ille Dei ueri uerus Deus unica proles  
 Ad nutum cuius terra. Polusque tremunt  
 Ille coaeternus idem cum Patre creator  
 Cuius opus manuum quicquid ubique uiget  
 Ille Prophetarum toties cantatus in ora  
 Promissus toties Patribus ille Salus  
 Rex Regum et Dominus Dominantium uentre recludi  
 Non dedignatur Virgo Sacra a tuo.  
 Quis mihi praererum concedat mole canenti  
 Conceptus Animi promere posse mei  
 Otentes hominum tanta ad conamina uires  
 Sensaque non facilis lingua aperire animi  
 Quis fuit ille dies celi quo missus ab arce  
 Visceribus clausit se Deus ipse tuis.  
 Mirata est rerum seriem Natura nouari  
 Diuinamque hylaris sensit adesse manum  
 Cum procul exiliit clausa puer inclutus alius  
 Et facta es salua uirginitate Parens  
 Qui Mores, quae Vita fuit? Quae Pectora, Quae mens,  
 Elegit Dominus quae sibi Tempia Deus.  
 Innumeros inter populos diuersaque regna  
 Viderunt similem secula nulla tibi  
 Fulxerit Assyrio quamuis sublimis in astro  
 Sceptraque quassarit famina saepe manus

Exigua illarum iacuit pars subdita terra  
 Imperio parent cuncta creata tuo  
 Duravit paucos harum dominatus in annos  
 At tua perpetua tempore Regna manent  
 O fortunati felicia viscera partus  
 O vere sexus Gloria uera tui  
 Per te feminea deleta infamia labis  
 Per te feminea est nobilitata manus  
 Per te parva Salus, per te reuocatus ad astra  
 Inferna prope iam semi sepultus homo  
 Quod Deus humanos humilis superinduit artus  
 Plasmæque non timuit plasmatis esse sui  
 Quodque reportauit fera per tormenta triumphum  
 Tartara uictrici quod spoliata manu  
 Quod patefacta uiris sublimis Ianua Cæli  
 Et religata Hostis colla superba feri  
 Hoc Dectus hoc Regina tua tua Gloria, Honorque  
 Hac scribenda tuis omnia sunt meritis  
 Traxit honoratus supera de sede Tonantis  
 Progeniem sacra uirginitatis odor  
 Tu Mater tu Virgo Dei tibi gloria, coli  
 Qua Regina tuo sub pede regna uides  
 Cuncta tibi a domino rerum concessa potestas  
 Tu Mare tu Terras Sydera que alta regis  
 Quæ pietatis opes, o pectora nunquam  
 Audire humanas exfaciata preces  
 Quisquis ad hæc flectit cupidam naualia puppim  
 Non desiderijs luditur ille suis  
 Largæ adeo numquam cessat tua Dexteræ, quoque  
 Plura dedit, multo plura dedisse uoluit  
 Stans

Stant numerosa tua testes Miracula dextra  
 Terrarum qua tu lumina cunque refers  
 Ipse ego languenti Medicinam corpore sensi  
 A te demissam calitus esse mihi  
 Qua montana uetus distendit mœnia saxo  
 Orbitum, et summo despicit arua iugo  
 Quaque paludosa sulcantur stagna Ravenna  
 Quaque lacertosus incolit arua Camers  
 Sacra Dei Genetrix decus alti nobile Cali  
 Humani generis Gloria, Fama, Salus.  
 Qua Pietas est summa tibi concede precanti  
 Perpetuo grata te pietate colam.  
 Quae potuit Thoma Salais dedit addere posset  
 His Deus aeternus factus uterque simul.

Ad Alexium Lapacinum

Quid mi non loqueris tenax Alexi?  
 Quid mi non loqueris? fugisque toruere  
 Crescens in caput optimum sodalem.  
 Nam quid commerui, mali quid egi?  
 Nunquid quas merito salax Priapus  
 Spernat, delicias tuas subegi?  
 Quod rursus renuamque somniare  
 Nedum peruigili patrare ocello.  
 Sed cœna mihi debitor profecto es,  
 Hoc est quod retices, fugisque cœnam  
 Maioris facis optimo sodali.  
 An pluri faciam te Alexi cœna  
 An pluri faciam te Alexi cœnam  
 Quis indicet, optimo sodali  
 Si pluri facias Alexi cœnam

*Quis te non faciat minoris Hilo.*

*Ad Baptistam Soterinum*

*Qui Soterino dixit te Sanguine crotum  
Mores Baptista nescit ille tuos  
Signatum falsa deduxit origine Nomen  
Perdita mi nulli te duce parva Salus  
Ille fiderina te dicere stirpis alumnus  
Debueras, duro durior es Chalybe.*

*Ægloga. Corydon. Æpolus. Amyntas.*  
*Æpole Manalias inter celeberrime Sylvas  
Pastorum, si quid Corydonis credis amori  
Vlterius ne impelle pecus, requiesce sub umbra  
Et mecum tenui carmen modulari cicut a  
Hinc dense Salices & Prata uirentibus herbis  
Pinguia non unquam saltu cessura Sicano.  
Hic inter tremulas auras crepitantibus Alnos  
Dulce repercasus sinuato gurgite ripis  
Saxa inter Fluvius fugientibus instrepat undia  
Pascua non pecori, non deest pastoribus umbra  
Quoque minus fugias hic esse, decentior ipse  
Formosi Custos gregis en accedit Amyntas  
Aspicias ad truncum qua ducit semita quercum.  
Æp. Nō secus atq. olim lachrymosis abditus antris  
Qua nuceam rapuit Lupus agnam Thyrsidi ab urbe  
Vidisti longe redeuntem latus Alexim  
Cor. Scilicet ipse Lupum cum te non esse dolebas  
Ereptamque tuo graviter prædam ore ferebas  
Æp. Aut tunc cū Mopsi Nocturnus Ovilis circū  
Anniculum tacite rapuisti perfidus Agnum.  
Ne tamen in longum procedant iurgia ceptum*

Præter iter lætæ secum sedeamus in umbra  
 Dilectus Corydon mihi non inuasis Amyntas  
 Cor. Aepole te Corydō adamat nec spernit Alexia  
 Amy. O Corydō, o magne gregis dux Aepole, qua  
 Huc Fortuna precor ad Pascea nostra coegit  
 Cor. Haud inuisa ubi te formosè videmus Amynta  
 Nec nouus hæc Corydon accedit pascea quondam  
 intermissa patit salus propioris amare.  
 Am. Lætias an ne usqua terrarū germinat herbas  
 Pubentes ut tremunt Salices. Quæ Fontibus ora  
 Vberius scæet irriguis non Thesala tempe  
 Pauert hic quamuis Tauros formosus Apollo  
 Salubus bis cortens uel si certamina sumant  
 Victa dabant carptum Phosbo quoq; iudice gramen  
 Cor. Quam cunctos greges pastum deduxeris illis  
 Lætius Amonis pinguescent salubris Arua  
 Concipient steriles mæaro sydere campi  
 Brumpe subiti disiecto puluere fontes  
 Aspicere urbem una picea caligine Calum  
 Aduentus gaudere tuo, palfisque tenebris  
 Flammiferos nixidum splendore per Aethera curru  
 Aep. Haud istis leuora diu cōsuevit Alchon  
 Dicere Damata merito quis nesciat illum  
 Laudatum (at quo ideo non est cur pulcher Amynta  
 Damata inuideas) tantum tua gloria forma  
 Altius attollit caput inter sydera, quantum  
 Subsidunt ipso Salices, humiles ue Nitida  
 Nunc quis Damata saltem remanisset Alchon  
 Quia non longè a posse rapido pede labilis ætas  
 Quid non Atrigena reminiscitur, et raurum Aetate

Et facies eadem ambobus, quid profuit erga  
 Huic Aetas illi nocuit, nec Forma, nec Aetas  
 Aepole te tenera memorem fecere Lirisca  
 Am. Quin aliquod potius carmen cantare paratis  
 Atollia dum sima carpunt virgulta Capella  
 Et procul armentum tenera depascitur herba  
 Pascentes servabo ego met cantantibus Agnos.  
 Aep. Vis puer extinctū lachrymas defletis Adonia  
 P. is referam Veneris, fuso cum sanguine iudit.  
 Transfixo puerum super inguina dente iacentem  
 Aut crimen Borea reiectū pondere disci  
 Oebaliden, frustra Clario lachrymante cadentem  
 Cor. Immo ea quae nuper praecuta falce notata  
 Lenia saxa super monstrasti carmina Mopsi  
 Barcae aeternos referentia Delphidos ignes.  
 Dignatus audita res est, laudabis, Amynta  
 Laudarunt quicumque alij videre Poeta.  
 Am. An cetera laudem componeret Aepulus, ille  
 Iampridens natum laudes sibi vendicat unus.  
 Cor. Et merito, nam nostra sibi quae comparet aetas  
 Num demum Bauum scabraeque carmina Menci  
 Aep. Viderit haec alius, nos quod nunc instat agamus.  
 Tu Coridum insulare leues ne sperne cicutas,  
 Incipiam, loquiturque suos iam Delphis amores.  
 Syllicolae Rhaumi Satyri Driadesque Puella  
 Vosque meus Sylva questus audite propinqua.  
 Obstruit aduersus clamantis necibus aures  
 Nec lachrymas audire ferox dignatur amantis  
 Noster Amor, quid dure fugis, non postulat istos  
 Non Aetas non Forma sibi, non Tempera Mores.

Rusticitas priscis pastoria uixerit annis,  
 Nunc etiam syluas comitas colit urbis agrestes:  
 Syluicola Phauni Satyri Driadesque Puella  
 Quem fugis. Arcadia pecoris quis ditior ora est,  
 Finge tamen primos inter feror ipse Poetas  
 Concedit numeris mihi Tityrus. haud quoque Dap-  
 In litem ueniat mecum te iudice forma. hinc  
 Sit quoque uel forma specie, uel carmine, qui me  
 Muneribusue potens uincat, non uincet, amore.  
 Syluicola Phauni Satyri Driadesque Puella  
 Et tamen ipse fugis, nec Amor, nec Munera cura  
 Nec carmen, nec Forma tibi est. Quæ spernis amanti  
 Est ultro se se nostro qui tradat Amori  
 Atque addicta tibi iam pridem abducere tentet:  
 Et nolim & faciet, capto si longius instas,  
 Dura adeo res est non aduentura morari.  
 Syluicola Phauni Satyri Driadesque Puella  
 Aspice Vere nouo frondentia robora Sylue  
 Quas Hyemis posuere comas stridente Procella  
 Ipse & quid liquida se se dum spectat in unda  
 Infelix nunc iure Puer miserandus & hostis  
 Iam moriens seui testatur uoce doloris  
 Sumite uentosi de me documenta Minores.

Ad Alexium Lapacinum

Ardes, uae misero, impijs Alexi  
 Nec quenquam superum pudet deorum  
 Ardes pro facibus (nephais) Amoris.  
 Quem speres hominum, inferumue diuum  
 Laturum rapidis opem sagittis  
 Insenso Ioue Calitum que turbas?



Me? quem perpetuis Venus Carhenis  
 Vincula carceribus domat tremendis  
 Erumnae, Genitus, Mali, Doloris  
 Aeterni hospitium perenne planctus.  
 Idem uel Pelago minari habenas  
 Vcl Calo iuxta manus profundo  
 Inuicis Superis deumque Rege.  
 At quae alias Opem per oras  
 Cui plusquam mihi sit spes

Ad Ioannem Oricellarium  
 Sic tibi Syderei faueat Regnator Olympi  
 Et tua felici cepta secundet aue,  
 Sic latos sine labe Dies sic Tempora praestet  
 Candida, nonnullis intemerata malis  
 Quis Deus aspiciens cohibet tua uela sinistris  
 Incursum ceptum quae mora tardat iter  
 Heu sortem & nostris toties contraria uatis  
 Nunquam. Fata meis exsaturata malis  
 Forte Deam nullo contactam uidit amictu  
 Aeternae, poenas non minus ille dedit  
 Impia, Tant alida Niobes conuitia Matris  
 Inscia bis septem corpora morte luunt.  
 Cadmeiden oculi, Iuuenem fecere nocentem  
 Inscius, at nudam uiderat ille Deam  
 Tant alida nullo meruerunt crimine mortem  
 Quidni, Sacrilega viscera Matris erant.  
 Ille suo, Matris Periere hic crimine, nullus  
 Quo peream Matris non meus error erit.  
 Distulit in longum tempus sperata Ioannes  
 Num precor exemplo distulit illa meo.

Quid mihi quid faciant alij dirumue piuum  
 Proficit aut ipso iure nocere potest.  
 Therſita ne moram celeri qui ſcribat Achillis  
 Aut pius aut ſanè mentis habendus eris.  
 Confundi ſi cuncta placet, ſi ſcindier æquum  
 Et certam nullis rebus adeſſe Fidem  
 Tam pius Aeneas nihil a Buſiride differt  
 Anchifeſen humeris uexerit iſte licet  
 Ille, nephas, ſacris uiolatis hoſpitis Aris  
 Pauert humano ſanguine dirus equos.  
 Tu quando da ueniam, dum ſic poſcente coacti  
 Materia, rebus nomina uera damus  
 Tu quoque quem nulli phas eſt dixiſſe nocentem  
 Impius ad ſclerum maxima quaque uenis  
 Dy melius, quam corrupti miſerabilis orbis  
 Impietas, mores fregerit ipſa tuos  
 Magnanimis certare Animo Pietate Fideque  
 Natus es, & ſumma uincere Laude pios.  
 Res djs iudicibus & ſpectatoribus iſdem  
 Digna eſt. laudatos uincere laude Viros  
 Non ego non mecum tu collaudaueris illum  
 Flagitijs alios uincere quiſquis auct.  
 Vera, graui grauitate, probo probitate fideque,  
 Gloria, certare eſt, & ſuperare pares.  
 Ergo agendum laudis ueros imitatus Honores  
 Rumpe moram, & grato pectore redde uices.

Laus

Quiſquis agit forma tantum de laudibus in te  
 Ignorat, uera nomina laudis adhuc  
 Non ſecus ac Venerem ſi laudaturus Apellis

Ad concha laudes retrulêrit speciem  
 Dicturusue Iouem maiestatemque supremam  
 In forma laudis trinerit omne Decus  
 Quae quamuis est iusta: tua est quota portio laudis  
 Nec secus illa tibi conuenit atque Ioui

De quodam Morigerato ac Pulcro Puero  
 Rara tibi est facies, rari & sine crimine mores  
 Ambobus longe rarius Ingenium.  
 Callidus incautum triplici circumdedit astu  
 Quo me perpetuis ignibus urat amor  
 Illexit facies, mores traxere, morantem  
 Implicuit tantis dotibus ingenium,  
 Ipsa breui poterat facies peritura tenere  
 Perpetuo Mores ingeniumque ualent.  
 Moribus, ingenio, forma si dignus amari est  
 Differeam si non omnibus unus is es.  
 At si quis tanta est uerus uirtutis amator  
 Ne uiuam si non ille ego solus ero.

P. Criniti Epitaphium.

Heus audi properes licet uiator  
 Criniti tumulto teguntur isto  
 Dilecti Cineres sacris Camenis.  
 Hoc scires uolui. recede falix

In Franciscum

Quem colimus scripto Franciscus belliger orbe  
 Quas canat alterius orbis adiuit opes

In Ecnomum

Ingeniosus homo es & callidus Ecnome, nam quae  
 Spreuisti paruus uendere, grandis emis.

In Puerum

Arbite quisquis istius cupidine  
 Nouus teneres non nisi biennio  
 Licet peracto perfrui cupidine  
 Quid hasitas adhuc? non ne miser afficis  
 Seges frutescit horridis aristulis.

*In Iohannem*

Pestis reliquia grauis, Iohannes  
 Orbecchi comites iacent sepulchro  
 Hoc Antonius & Renatus una  
 Sic differt Lachesis minas nec aufert.

*In Amorem*

Ausa Cupidineis ignarum exurere flammis  
 Fama prius nostris res noua temporibus  
 Quam dedit & nostram cuperem peccasse Puellam  
 Rursus ait speretis me pietate fide.  
 Vsque adeo incertus cura grauiore Popellus  
 Peruacat ut uanis hareat usque iocis?  
 Qua me scire negem cupiam si uera fateri  
 Qui de me gratis asserat ista mihi est,  
 An quęquam sua cura latet refugitque quod intus  
 Perpetuo clausum nocte dieque gerit.  
 Et uidet alterius latitantes pectore sensus.  
 Et sua qui nescit uota aliena tenet  
 Vt qui clam summo positum fert uertice Fœnum  
 Pendula uel cuius Cartula terga notat?  
 Prorsus ita est. nescit Dominus, uicinia Furem  
 Nouit & arcanum si quid in Aede malum.  
 Fur Amor est, furti latebras arcanaque cordis  
 Ingreditur furtim mentem animamque rapit.  
 An cantata rapi se Mens non sentit, & alto

Capta uelut sensu ymersa sopore iacet.  
 Vt quos saxifica mutarunt ora Medusa  
 Aut Cyllenea uirga superba Manus?  
 Perlege quot superant neterum monumenta Virorum  
 Pagina Calicidum crimine rara uacat  
 Arsit amore Deum toties Pater arsit, & ardens  
 Defluit in Danaes aurea gutta sinus  
 Candidus Europen Taurus per carula nexit  
 Candidus in Leda Cignus erat gremio  
 Ales & Asterie cum te decepit & Ales  
 Idem cum Puerum traxit ad astra Phrygen  
 Quid referam Inachia toties mutata Iuuenta  
 Ora uel Arctoi sidera fixa poli  
 Cui doleat Iuno tellus mare sidera praebeant  
 Ni contenta sui parte sit illa Iouis  
 Quid Neptune tuos dicam quid fratris Amores.  
 Signata est flammis Siculis ora suis  
 Haud immunis abis Maiors, nec praelia tantum  
 Fama caput, notus quam tuus extat Amor  
 Quid Phæbus? Maiorque satus? reliquiae Deorum  
 Aut amat aut nihil est quisquis in orbe Deus  
 Si Pater omnipotens Hominiūque Deūque Creator  
 Cuius ad Imperium quicquid ubique tremis  
 Si numerosa Deum toties ignara propago  
 Exarsit flammis iusta Cupidinis  
 Tale pati iam turpe nihil Mortalibus agris  
 Me uincat dum sic uicerit ante Deos.  
 In Amicam fugientem  
 Fugisti satis, o satis superque.  
 Sum longe satis, ac satis secutus.

Iam iam desine non sequar nolentem  
 Nolentem modo iugiter secutus  
 Expectas cremere & sequar perennis  
 Quod passim cupidi solent amantes  
 Calo cum Ioue teste pallicere  
 Dura ut pectora molliant Amatis  
 Non sum qui fueram, color nec idem  
 Nec Vultus tibi nec Vigor nec Aetas.  
 At tu sollicitam secutionem  
 In sola positam fuga putabas.  
 Sic olim Leporesque Capreaque  
 Sic Cervus mihi longius placeret.

Thalamus pietus magnifice  
 Dixissem procul este rudes spectandus. at ex quo  
 Non mutat ruditas luminis esse uide.

In Amicam ingratam  
 Tempore, amore, fide, precibus, lacrymisque perennis  
 Seruitio, nunquam flectere te potui  
 Quid non perfeci? quid non te propter omisi?  
 Redditur officiis haecine Palma meis?  
 Qua Pietas hominis quid in isto corpore regnat?  
 Thraci flexit Stygios mole minore Deos  
 Et dubitabit adhuc quis contingentia rerum  
 Nomina Naturae nec ratione dari.

οὐθάρδε λευκοκόμον τὸν αἶα καλῦπτε  
 αὐθάρδεος μῶρον κάλλεος ἐγκέφαλον.  
 οὐ γὰρ ζῆτε φύλω οἱ γαυρικόσ οὐ δέ μεν ἄλλοισ,  
 οὐ γόος ἀλλὰ γέλωσ ὅτι βροτοῖσι τάδε.

*Epitaphium Guidantonij Vespucij*

*Interpres gravis utriusque iuris  
 Qui se melliflua fluore lingua  
 Non vespæ ast apium genus probavit  
 Guido Antonius hoc iacet sepulchro  
 Is quem uiuere oportuit perenne  
 Vel nunquam superum uidere lumen.*

κατὸν ὁρᾶς οὐδὲν κοπὸς μόρος ὧ ξένε πᾶσι  
 παύσον ἐμὴν διελεῖν δάκρυσι τυμβοχόω  
 τίς πεῖνός σε κρύπτει ὁ ἄμοιρος; τὴν ἄρα κλαῖσεν  
 ὃν βασιλεύσῃ ἴσον τόλῃ τε φόρος μεγάλῳ

*Epitaphium cuiusdam Pueri.*

*Siste gradum quem saxa tegunt ne sperne uiator  
 Laudatus toto clauit orbe Puer  
 Curtauit facie superis hominesque Deosque  
 Vicit & huic forma par erat ingenium.  
 Sed uicit longe damnoſa ſuperbia formam,  
 Formoſus uixit non ſibi non alijs*

*Ad Aulum*

*Aule quid ingratis calum terramque fatigas  
 Vocibus & uacuas non ſinis eſſe Deos  
 Parce precor ſuperis caſſoque abſiſte labori  
 Non facit ad mores iſta querela bonos  
 Noſce datis ut cunque frui uanoſque tumores  
 Projice nec mentis frena remitte tue  
 Quid iuuat iſanis calum conſcendere uotis  
 Frena uel immenſo ponere uelle mari  
 Sic trahitur radijs per eundem concitus orbem*

Delusus falsa nobis in effigie.

Pectore sic urget uersatque uolubile saxum

Sisyphus: Et medijs Tantalus aret aquis.

Spant sua nascenti dixarum lege sororum

Fata necis uitae terminus illa dies.

Illam modum nostris rebus faciemque ministrat

Imperat: Et certa currere fata uia

Ludit in humanis fallax Rhamnusia rebus

Hoc premit, hos certo tempore iussu lenat.

Hinc lae ab angusto deuictum temperat orbem

Cyrus: Et a regno uincula Cræsus mit

Helleponticae tinnuerunt Xerxeæ nymphæ

Ponentem tumido frena superba mari

Et modo cui Tellus cui non suffecerat. Aequor

Riserunt trepida tradere terga fuga

Nil habuit maius Pompeii Roma triumphis

Libertas nulla Casare dum uiguit

Nil Roma tellus. Phary tamen ense tyranni

Littore truncus iners non minus ille iacet

Is quoque cum magno totum qui uicerat orbem

Vltericis Patriæ sanguino tinxit humum.

Scilicet exiguo pendens mortalia filo

Quod superat conficiendum, Auctor morte  
præueniens imperfectum reliquit



De Leonardo de Aretio Pittore

Naturam suspendere penicillo  
Dum fretus Leonardus elaborat  
Nisus pingere Riccium Iohannem  
Se tandem superaxier fatetur.

Miraris potuisse loqui Dodonida silvan.  
Non poterit totum pars quot a quod potuit  
In Laurentium in studiis insanientem  
Dum sapiens fieri Laurens doctusque requirit  
Insanabilibus carripitur furis  
Sic studio assequitur longe diversa petitis  
Celo delapsam credite iudex ære  
In quendam parvulus

Ne ride, hinc superant voces et gesta parentum  
Sæpe sub exigua grandia mole latent  
In quendam Gloria parentum superbientem  
Magnanimus quod pectus avis dedecis ab ipso  
Respondetque attis larga novum patris  
Non adeo minor est tua laus egro procer  
Inter mille, tuo tempore salus agis  
Campana loquitur

Signo Horas cito Populos gemo gestio pro re  
Nubiloque appulsa frangitur æthera mea

Fundamenta iudes fidei, venerabile corpus  
Testat anque suo sanguine sacra manum.  
In Vanam Puellam  
Dum tibi quæ facies qui sis color exigis ame  
Conscia mens uita conferat acta tua.

Ad Amicum sua culpa relictum  
 Miraris, quærerisque tibi quod hostis  
 Sim modo qui nuper tantus amator eram  
 Pœnitens intercepti, quoniam si culpa nos anda est  
 Nostra uoluntatem culpa secuta tuam est  
 Sic eat obdiuerm licet irremocabilis, ut quem  
 Posse iuuare negas posse nocere probes  
 Laus Luæ de Albitis  
 Senferat Albitius sua Lucas stamina rumpi  
 Cum uiros laxo deficerent utero  
 Vxorem & Charos ut circumspexit amicos  
 Ad flentes siccis reuertit hæc oculis  
 Dives honoratus populi sublimis alumnus  
 Dilectus uixi Ciuibus & Patriæ  
 Debita persolui Patriæ quod denique restat  
 Iam sua natura reddere iura paro  
 Este procul cura tenuos mortalia cuncta  
 Iam meus Aetherias spiritus hauris opes  
 Dixit & ardenti defixus in Aethera uultu  
 Destituit gelido frigida membra thoro  
 & decus egregium Patriæ languentis hincque  
 O ueniant gestis emula secularis.  
 Epitaphium Alexandra Scæla  
 Quis hic quiescit hospes ede? Alexandra  
 An illa Scala? prorsus illa Musarum  
 Alumna, cui Latina cui Pelasgorum  
 Camæna debet, ipsa nobilis quantum  
 Referre Roma, nec Pelasga gens passio  
 Laboris iste terminus datur nostri.

Epitaphium Caroli

Qua tu? Cipris. et hac? Pallas. pro fata, quid autem  
Tristia Caruleis ora rigatis aquis?

Hic situs est Carolus qui nos coniunxit. Adonis  
Alter Zolotypi vulnere Martis obit

Dehortatur amicum ab amore Laidis  
Laida sectaris sectaris Laida frustra

Crede mihi novi Laidis ingentium  
Lais amatarem nuper contempsit Adoniam

Quod non conceptas nervus haberet opes  
Nestor abi quid agis, dicentem cerno petentis

Abnuerim pridem cum dare Nestoridi,  
De Vere iam redeunte

Felices redeunt dies

Aurea redeunt Sacula

Posuit turbidas

Hyems procellifer auras

Posuere uenti

Ludit iunior annus

Leuique Faunus

Florida tellus

Sinu refundit diuite

Omnigenos fetus

Aspexit nos propius

Aequo lumine Iuppiter

Olim senior

Humi latentem uiperam

Cervus uxor aut

Crenit per membra uigor

Adiectum decori est Decus

Merito

Merito constitit  
Honorat tandem calitum  
Cardine potestas  
Dextro ingredi sdera  
Hoc uatis auspicio  
Vt frater Patria  
Sic orbis olim creditus  
Reges habenas.

In Lucretiam Medicem

Tyndarida egregio Medices Lucretia uultu  
Penelopen casto praeſtitit ingenio  
Sic torſit facie Populos Regesque Deosque  
Extorrem patria sic tulit illa uirum  
Grandia multorum natura operata dierum  
Expleuit paucis munera nupta parens  
Rapta polo tandem fruitur terrisque relictis  
Adjciunt oculi ſyderibus numerum.

In Zopirum Athletam

Athleta in ſomnis medicinam nocte ferentem  
Zopirus artemium uidit & interijt

In Turdos

Inter aues Turdus guſtu dulciſſimus olim  
Nunc etiam primos occupat ore locos.

Ad Paulum

Vnum ut conuenias tres Paule relinquis amicos  
Officium ſi hoc eſt officioſus homo es

Agite trifies oculis  
Maſtas fundite lachrymas  
Et mater unico ſuper

# 14 **ANDREAE DACTYL**

*Vidua filio*  
*Perennis eat*  
*Fluor per genas*  
*Non cessent gemitus dno*  
*Non ululatus tenebris*  
*Quis dabit quis meo pares*  
*Dolori lachrymas*  
*Miser V ah miser*  
*Dolor heu dolor*  
*Lapis ille, ille fulgidus*  
*Tot erutus laboribus*  
*Tot agitatae casibus*  
*Quae nec Mors abstulit*  
*Nec ira Iouis*  
*Aquis premitur*

αἰθρίασας λαβίδια νέον ῥίγησε γολιάσας  
 καὶ μετέπτα μόγις ὡς ἔφατο βορέων  
 ἢ πάλαι ἢ στυγνὸν παιδίον κατὰ χερσὶ δαμνυταῖς  
 νῦν δ' ἔσεται μεγάλη δόξα δαμνῶντι κρατῶν

## *In Dauidæ Regem*

*Expauit nuper iusto Dauidæ Goliath*  
*Moxque tremens tales iuxta dedit orè sonos*  
*Depulsa quondam puero cecidisse sub hoste*  
*Nunc ingens victo gloria victor eris*

## *De Marte, & Puero*

*Fæminea Phrygium speculatus ueste ministrum*  
*Mars procul Idaliam credidit esse Deam*  
*Accensusque nona solit aque libidine prouus*

Nota per amplexus oscula ferre parat  
Cui Puer haud equidem vulcanoreto piandum est  
Hoc facinus magni sed magis igne Iouis

ἄθροισι μορφήν φῶς ἄξιόν ἐστις ἔρασι  
Τιθαίλω εἰμὶ μόνος ἐμὸν ἔσθαι  
εἰδ' αὖ ἀρεκίω τόσῳ ἀρετῇς τις ἐραστῆς  
Τιθαίλω εἰμὶ μόνος ἐγὼ ἔσθαι

Ad Paulum

Obtundis me Paulte necas tum denique dicens  
Tandem aliqua ingenij da monumenta tui  
Nunquid qua teneris deliria lufimus annis  
Non est hoc laudem quarere at opprobrium.

Epitaphium Francisci Valory

Franciscus hic sepultus est Valorius.  
Diebus unum quem suis Florentia  
Ciuem manu ore vidit integerrimum.  
Paterno amore consulente Patria  
Qui Patria nequid sua non traderet.  
Vitam furori ciuium hostiam dedit.

In quendam sibi uersus alienos ascribentem

Legeris inualida deceptum fronte Tonantem  
Frigida dum credit marmura mura Lycas  
Carminis autorem postquam cognouit. at inquit  
In Olypeo Phidiam Palladis inspicias

In Matthiam Corninum,

Matthias sum Ianus age inspicere cetera dices  
Annis me uiuent rebus obisse senem

*Ad Carillum.*

*Quos Maiores Veneri, Venerisque Adoni*

*Quos propter sumet faber Catenas*

*Et si non leue sit uel otioso*

*Iam bis, ter, quater, abnegant camenta.*

*Inuitas ni qui fauere cogat.*

*Irascar Clario sororibusque.*

*Det uersus puero Carille poscis*

*Et Maiores rigido induatur apro*

*Tentavi tamen id uel occupatus*

*Nec Phæbus reminiscitur Cupressi*

*Quid tandem faciam Carille queso*

*Irascar in Delio camentis*

*Si iracundia profutura quicquam est*

*Nam quos des puero negare perstant*

*Irato faciles dedere uersus*

*Irasci sed enim uides obesse*

*Quis harum referam negationem*

*Inuita faciam nihil Minerva.*

*Epitaphium Matthiae Coruini*

*Saxa uides titulo Coruini insignia Iani*

*In quo Matthias uixit obitque pater*

*Gesta fidem superant, raptus iuuenilibus annis*

*Impleuit tremuli munia longa senis*

*E greco*

*Deucaliona meus pinxit Liger, et Phaetons*

*Et quo sit pretio dignus uterque rogat*

*Da sua cuique Liger (distant oracula) Dignus*

*igne suo Phaeton, aequore Deucalion.*

Leonida

Nycticorax lethale canit. Sed cum canit ipse  
Demophilus moritur tunc quoque Nycticorax.

Deucalionis non tot cecidere sub undis  
Vel Phaeton primos cum male rexit equos  
Quot Potamon Vates per carmina quotque diebus  
Chironus paucis extulit Hermocrates.  
Quatuor haec hominum maxaret secula pestes  
Deucalon Phaeton Hermocrates Potamon.

Leon. in Cantore

Nocte canens tota nichinas extulit omnes  
Excepto cantor similis origine  
Quod caret audit a natura benignior illi  
Reddidit ut viri longior hora foret.

De se ipso

Diffitear. si forte mea mala laude maneri  
Mentiar humana sum quanto ego ingenio  
Pracipue laudante viro qui iure meretur  
Laudari. Qualem te mihi fama dedit  
Quem Musa quem Phoebus amat cui fonte relicto  
Idalia comes it & Venus & Charites  
At mihi cum Musis nihil est natura negaus  
Carmen & pollinei muneris sacra chori  
Veribus tibi uernat humus parnassia glebis  
Provenit & nullo multa labore seges  
Nos sterilem colimus obusio uomere terram  
Raraque defessas ludis ariste manus  
Et ac animo dictante sibi mens conscia sentit  
Et damnat vires debilis inde suas

h 3





Libri. C. εἰς ἀγῶνισαο.

Quattuor incolumen post lustra agnouit vlixem  
Intrantem Patriæ tecta cupit a Canis

At Stratophon castu pugnans uix quattuor horis

Fit miser ignotus civibus & canibus

Adpoto faciem speculo si respicis ipse

Intrabis non sum, non ego sum Stratophon.

ὥς σκάφος ἐν πελάγῃ φέρομαι μέγα κυμαίνοντο

ἔνθα καὶ ἔνθα πάλιν ἀντίκαθελκόμενος

ἔγωγε λιμὴν οὐκ ἔστιν ἀκίνδυνος οὐδέ θάλασσαν

ἀλλὰ κακῶς ἔρπον πάντα θέν δὲ φόβος

καὶ γὰρ ἀνοήτους γαμέει φαεινὴ καὶ κῆρυξ

ἔξω ἀγῶν κακῶς τὸν βίον οὐ μὴ ἄγῶν

δύσμορος ἀνθρώπων πράξειαι, οὐδὲ γαμήσας

ἡσυχᾷ οὐδέ καλῶς ξὴν ἀγάμος διώσας

αἰκμὴ καὶ κότῃ καὶ ἔθως καὶ παρὰ αἰετὶ

κύπριδος οὐλαμύνη τὸν πολέοντα πόβον

οὐδὲ πῶτοι μῶντι κέλεται τοῖς, ἀλλὰ μιν οὐδέ τις

πικθεῖσι αἰσχροῖς τὰς παλαιὰς παρέχει

ὄρεο συμφράδμων μοι φίλτατε ἡδὲ βοηθός

εὐοχῆς καὶ ψυχῇ σῶζε πάντα φίλον.

In Attim.

Doctus quisque pariter praebeat ne forte (Attis inquit)

204 *ANDREAE DACTYL*

*Ni fallor longo tempore mihi*

*Alloquitur umbram,*

*Si licet inferni secret a referre tyranni*

*Dic mihi si qua labor praemia doctus habet*

*Aduena Romano qua commoda sentit in orbe*

*Doctus Hyperboreas Indus arare notas*

ἔκτανε διαρροαίη πηλὴ ἄν' ἔκτορα χῶρα

καὶ τοῦ πηλὸς δὴν μαλθακὸς εἶλε πάριον

φρύνε κόνης ἀμφοτέρους ἔλεν οὐδέ τερον δὲ καλὸν περ

ἦ γὰρ ὁμήρου τοὺς οὐ σέλιος ἀλλὰ σέλας

κρῦψεν ἀριστέλης φθορὰς κατὰ σῆμα μαθητῆς

βιβλία καὶ σοφίη ἀνδρὸς ἀφείλε βροτῶν

σῆψε δὲ κούρην ἐν αὐτῇ σελίδας παντοφθοροῦ κίον

αἷος καὶ ἀριστέλης οὐκ ἐμὰ ταῦτα λέγει

αὐτὰρ ὡδὶ προκίση ἄλλοις τὰ δὲ πρῶτα μέμνη

ἦσθι κείπεν ἰδὲν ἦν τὰ δ' ἀριστέλους

ὑποτάττω σοφίης καρυφῇ ξένη χάρις πλάττει

δίων ἐλὼν γλώσσῃσιν σὺν ποτρίδιος χάριτι

χεροῖν ὀφθαλμοῖν ἄλλοις χρεός, ἦ γὰρ κείνου

ὀρβρίζῃ ψυχῇ πᾶμπαν αἰετὶ σφαῖσιν

δὴα τυπωσάμενοι βλέψας ὁ πλάτων καλὸν ἄλλοις

βιβλία οὐ, κοπὸν συμφέρον εἰς τὸ σφῶν

γένοιτο μακάριος γένοιτο παρὰ δούτιον εἰπὼν

ἤβησαν ἄρ' ὦσόν φάβο ἦλε.

ἠλιάδην φλογερῶ κροῖδ' ἦσ' κατέφλεξε κεραιῶν  
 εἰς βίον ἄρτι νεκρὸν ἄνδρα καλεσάμενον  
 ἀντιβίσιον δὲ πέρρον ὁμυγερῶς κἀν ὕδασιν ἄδ' ἦσ'  
 μῆμακτι τοῦσ' σελίδων ἀθανάτου ὦσ' πάλαι  
 κτῆμα φίλῳ ἄρ' παῖδι θύσκειν φρεν' ἄ' ὥς ἐμίσσεται  
 τῷ ψυχῇ ἄδ' ἦσ' τὸ κρέας κούσ' ὅσ' ἄ' γαίῃ

Εἰς Φιλάλου σ. β. Lucily

*Sis dives licet usque alijs mihi pauper amare es*

*Testis enim largas arguit usus opes.*

*Si frueris partis tua sunt si parcis avarus*

*Heredi iam nunc sunt aliena bona.*

*Ex eodem libro*

*Guttur heri laqueo fracturus Glauce Lycurgus*

*Propter sex nummos perditus huius perijt*

*Restis enim tanti nullo melius ille putatur*

*Atque exoptat tanti nescit aliis necem.*

*Ne perdat moriens sex nummos non perit ergo.*

*Hic est extrema limes avaritia*

ἔρχεται αὐτὰρ ἄτ' ὦρ' πρὸς τῷ δ' ἦσ' ἔρχεται ὦσ' ἦσ'

πῶς πότε τὸν σφ' ἐκεν. εἴ γε θέλω ἔρ' ἦσ'

εἶαρι γεμαίνῃσ' ἄνδρ' καθσπλισθ' ὁππιδεῖ

ἔχ' ἡσ' δουλοσμῶν αἴσ' ὦσ' λατομείων.

αἰ αἰ σὺ ληρὸν ἄνδρ' μὴδεῖσ' φάβοσ' ἔλκ' ὦσ' ἀπικτεῖ

καὶ μόρον ἀφ' ἡμ' πάντα καλῶς ἔσται

οὐμά τὸν ἀλλὰ γένοτο βίῳ δαίτησιν ἑαίρων  
βάρβαρον ἰταλῖος βάρβαρος ἐξέλασσι

De Morte Fratris

Quod moreris Frater, nihil avaris attulit exilis

Quod dives Cræsus ditior et Darius

Quod iuuenis prima multi periere iuuenta

Quod pulcher forma nescia parca capi.

Quod sapiens, veterum præcessit turba uirorum

Quod fati paucis contingit ante tamen

Quod ciues, iuuenis, sapiens, quod pulcher, honestus

Et felix, mihi fata dedere tibi.

καὶ σε μέλας φράγκισκε μόρος νέκυτός ἔωρα

ἤρπασε μὴ γόνειω φιλόμενος διακρύων

οὐ χάρις οὐ καλὸς κατεστυγὲν οὐδὲ μὲν ὀλβος

οὐδὲ σφοδρὰ τύχη ἢ σφοδρὸν φρονημα μέγα

ἤρπασα πάντα κακῶς ἀεπάγων γαῖαν ὀλυμπιον

ἀλλὰ μὲν ἐθανάτοιο τέλος γαῖα τε πόλις τε

οὐκ ἄρα θαύμας ὅτ' ἐθανήκε βροτοῦς θανάτῳ

De Fratris immatura nece

Te quoque uernantis primò sub flore iuuentæ

Abstulit audaci liuida Parca manu

Non gemitus flexere truce non uota parentum

Non decor et rari nobilitas animi

Omnia sed rapuit terram raptura Polumque

Mortales mirum ducimus esse mori,

In Gauranum se ebria Labisci mori uelle consentē

Matris uoluisse mori moriente Labisco

Gauranum, uetus est fabula nolle mori

Dicitur alceritum dum mori caput inuida poscit

Alcestis interitum posuisse virum

Virum Gracchi negas sua dum Cornelia iuvet

Masculus e geminis oculibus inde perit

Sed uir ex uxor erat inquit, facilius esto totus

Hic uir ex uxor erat neuter, uterque magis

Lectores liber alloquitur

Sim licet exiguis Lectar ne sperne Libellum

Illegemores dices grandis ut iste Liber

Ima probat uales forma uis maxima summis

Sic uicit Paria India Gemmantolas

Quid prius, an uentrem series, an pectus, Organi

(Mater ait) uita hoc nutrit, ille dedit

Ad Thalian

Quos dabis Vati numeros Thalia

An quibus Pifacelabres ex isthmos

Nescit humanam superuor referre

Kose pastas

Tu canas altum decus ex potentia

Ingeni uires animi qua doles

Septuplex cuius uiget ore magna

Palladas orbis

Ille maiorum referet merendos

Integer mores, celebresque cultus

Ille uirtutum meritis decentes

Reddit honores

Grande uenturis posuere laudis

Fata certamen capient minorum

Plurimi tanta referant palestra

Pramia paucis

Obiit a sorte mea dum sis Venus aurea Floro:

Nate refert molli quo pede tendis iter?

At cur ubi pharetraeque facis que bonaeque fugitae?

Quaeque tuos oculos metra tenebas ubi est?

Versicolor quo potius abijt? quid uestibus actus?

Contagiosum hominem uel petis arte Deum?

Ille sub hac aliena refert: nec vela nec artus

Novimus: nullas tendimus infidias.

Tunc Venus haud homini cedit qui numina fallit.

Non idius calo regnat inernis amor.

Epitaphium Thomae Soterini

Soterina domus Thomas eques hic iaceo hospes

Virtuti & Patria uixit deique Deo.

Hic nati posuere Sueri digni uter honore

Frena Petrus Patria temporis alba fuit.

Ad Amicum

Vnde tibi tantae ueniam nonno inter amantes?

Si uacat haud dubijs accipe uisa moris.

Fortunis confisa suis ruit irrita amantem

Turba ego perpetui frerus amoris opo.

Hos facies peritur a mouet me forma superstes.

His modo pulchra: mihi pulchra pudica places.

Quod nihil est illis, satis est mihi: qualicet una

Esse loqui mistis seria fere iocis.

Voti hac summa mei: tamen hinc ubi feruiat omnis

Quantulacunque mea est Sotis manus ingenium.

πῶς ἰακῶβι μόρα πῶς σου κακὸς ἰὸς ἀφίκτηι

πῶς ἔβαλεν. πῶς ὦ κῆρ σὶ πάλακον ποδῶν

φῶς κάλλους σθιγῶν τῶν καὶ κρούσθαι πότμος

ἐυθαλίοστε φησὶ δὲ γέκοστε νόον  
 τί σερόν σάσιμον θήμιπ αἰ αἰ γέτος οἰκρόν  
 πῶς πίπιδουσι βρότων ἐλπίδες εἰς κοκκόν  
 ἀλλὰ μινωδάλοσ καὶ περ θεοῦ ἦος ἀχιλλεύς  
 κάππισσα, ἀντιβίον δάκνεν ἰὼ πάριδος

ἀνγε φίλος κλαυθμοῖο κακόν πάθους εὐδέν ἔγανγε  
 τὸν βίον ἀθανάτω θνητὸν ἀμάρτανος  
 προσφίλεισ εἰδὲ κλάιν τὸν κλάε δύσμορην αἶσα  
 καὶ γοερῶν εἰς αἰεὶ δεινὰ πάθη βροτέων  
 αὐτὰρ ἐμοῖο χάριν γῆθ' μάλα πόλλ' ἐπιχρύσω  
 λείψατ' ἱατέμν καὶ ρόδα τυμβοχόῃ

*In Episcopum*

*Omnibus adueniens pax dixit Episcopus. at qui  
 Omnibus erit clausam quam tenet ipse domi.*

*De suo ipsius Fratre*

*Vno omnes fratrem dixerunt ora parenti  
 Annos uicturum Nestoris astrologi  
 Hermocliides conata uixit ait. sed funera etiam iacta  
 Effertur me fides cerneret exequijs*

ἐκ παντὸς μολεῖς ἦν ἄσιος ὅς ποτε προῖκα  
 ἔφατ' ἐμῶναι σπένδει τῇ ἀλόχῳ, (ω  
 νῦν δὲ παρεῷσης φυλάχῳ σιγῶς. ὅχλος ὁχλῶ  
 ἔπλετο τῇ δὲ πολὺς, διφυῖως φροσῖα.



## EX GRACO

Nactus apes furax populat, dum mella Cupido  
 Prædantis digitos sæva rumpit. Apis  
 Indoluit, perflansque manum tellure repulsa  
 Profilit. Veneri quid dôleat reteggit  
 Quantula matrem ait lachrymis gemebundus obortis  
 Est fera quanta ni vulnere fecit. Apis  
 Cui Venus arridens. Apibus ne simillimus ipsis  
 Detrahis en quantis vulnere quantas facis

## Ad Telefinam

Si te habeo, Telefina, habeo omnia, si omnia præter  
 Te Telefina habeo, nil Telefina habeo

πλουτον ἐπαρήσας ἐκ τοῖο λεπόντος γάλλου  
 παῦσον εἶναι τούτου μηδὲν ὀσιότερον  
 ἀνδίσκησι δίκη πλουτὸς μέγας, οὐ ποτε δ' ἄριον  
 οἶδαι πλημύραν ἀτεναγώσκου ὕδατος

πάντα χροῖος τὰ θνητὰ λυδὲ πλὴν τῷ μου ἔρωτος  
 αὐτῷ θνητὸς ἔρωτις ἄταρ ἀθάνατος  
 καὶ μὴν θνητὸς ἐγώ, τὸ δέμας, ἀλλ' ἄμβροτος ἔσο  
 ἡ ψυχὴ ταύτῃ δέ με βασιλεύει ἔρος

αἶκεν ἄριστος πόλεμον δὲ πᾶσι τῶν ἀφροδισιῶν  
 διαμάτῃς κίλεται βεῖα δ' ὅς' ἀνιχόρετοισι  
 γὰρ ἀναδύομεν τὴν τυρονηῶν ἀφροδίτα  
 ἄρξαι δυσκελεύω ἀμφαδὰ κλισοπάλας  
 οὐκ ἔστι χαριζομένου διοσάν χάρην εἰκός' ἂν εἴπω

τοῦ δὲ ἑραδιόνοτος πᾶσα χάρις ἄχαρις.

*Ad Amicum longē inhabitantem*  
*Ut te conveniam Scythiam Libyamque requiram*  
*Ut non conveniam longūq; iter omne mihi est*

*Sta miser, effugiet stantem, quæ nam uiget atas*  
*Cur fugias aberit, cur fugiaris erit*

*Ad Amicam*

*Promittis, promissa negas, offerisque negata,*  
*Qui sequitur refugis, qui que fugit sequeris,*  
*Spretus ardes gratis spernentem spernis amatum*  
*Dilexi, sperno, differt am nisi amas.*

*De sui temporis flagitijs.*

*Me miserum pudet, agnosco, perit optima uita*  
*Protinus insolidum non reditura dies,*  
*Non animi quæruntur opes, non corporis artes,*  
*Luxuriæ corpus ingeniumque perit*  
*Hæc referens quid nisi tamen crimina fassus*  
*Supplicio dignum te grauiore premi*

ἔλκε' ἡλωδύων ἀνὰ κεσάτω ἥ τε χερσὶν  
 πρόσθε κῶ, συγχρᾶσ' ῥιμάτα διςυχίασ'  
 πλουτήσας δὲ κακῶ ὁ φιλάργυρος ἄγιον ἄνδρα  
 ἀσθενέας θεόθεν φθύγει ἰσοάμενοι  
 ἢ σθετο μίσθους δὲ καθάρματος αἰσυλον ἦτορ  
 μαρτίνοσ' προῖκα ῥυσάτ' ἄκοντα κακοῦ  
 φείσκο καὶ σώρβη φιλάργυροι. ἐχθρὴ θεοῖσι  
 εὐψία ἄχου ψυχῆσ' σώματα δύρην ἄκοσ.

Non per multa Lycon stadiorum multa distat  
 Emicuit nasi cuspis adunca procul  
 Iam latebrosa sonant fruticosis naribus antra  
 Cras reor haud saltē postridie hic aderit.

Castoris haud nasum dicas, sed castora nasi  
 Ni rectum parvis cedere magna putas

Quis male grata meis suspendens munera tectis  
 Obtulit, aut hac Martia templa deens.  
 Infracta galea, nulloque infecta cruore  
 Scuta, & in attrito stipite tela nitent.  
 Totā pudore rubet facies, multusque per ora  
 Exiliens sudor pectus ad ima rigat  
 Mollia porticibus referant hos atria cultus  
 Istas Virginei delicias thalami  
 Trunca, Cruenta, feri ponantur in ade Gradini  
 Arma, mouent animos talia dona meos.

Pieridum Rex arcitenens iaculator Apollo  
 Germanum irritare iube genus acre ferarum  
 Quatenus attingant hominem: latique beato  
 Ore sonent populi, nec tum placidi atria nactus  
 Sanna Iouis, gemitusque uiri, mortesque reponam.

Arenem inserpens platanum me uitis obumbrat  
 Undique & externa cingor honore comae  
 Illius quae fronde mea uiri dante racemos.  
 Nutricias, sociae non minus aqua prius.  
 Quisque sibi posthac talem tactator amicam  
 Qua

*Qua cineri grates una referre docet.*

γάβδον ἄνασσα πατρὸς, τοιόνδε ἄγόν ἄνδρα λαχού  
οὐ συνεταῖς θνατῶν μήτισιν, ἀλλὰ σέων. (σα.  
αἰσύνχα καὶ δλος ἄφισ, τύχῃ εἰς ἔλδορος ἄφαο νύσας  
ὀλβοιοσ, δὲ δαίμων, γάβδον ἄρασσα πατρὸς.

οἷόν τε φίλων ἐπὶ κλην κ' ἰδίῃς κλησέας ἀγγλιν.  
ἡ δὲ βροτῶν με τέχων, ἡ δὲ θεῶν με γέθουσ.  
ἡ λίκος ἀνέστη σκέτω τίση χόμασι δαίμων,  
ὥς σέθεν με τυχεῖν οὐδυνός ὠφελίμων.  
εἴκοσ, ἄρησ, οἷος λοιμὸς ἐκοντ' ἀκοντ' ἐέρη,  
οὐκ ὄν ἐναλλάξαι τλας ἄνεως φρονέης.

προσθεν ὑπέρτε θαμὰ πᾶμειν κὺκλώτε κορώτη  
μάτ' ἄγαν ἐλπόμενον εἴθεν ἐκείσε κύνα  
ἔσε πόας κατέδινε πλοκή πόδε πολλὰ κινούσης  
κακ λῖθου ἢ βύλου θαμνὸν ἐποιχομένης,  
θοῦρος ὁ δαξ τότ' αἶξε κυὸν σπαραγέντε λακούσαν  
ῶν μέγ' οἰοῦσα ποδοῦν δ' ἔχο καὶ πτερυγόν.

*Nactus Apes furax populat dum mella Cupido  
Prædantis digitos aspera punxit apīs.  
Indoluit, perflansque manum, tellure repulsa  
Matris Acidalia constitit ante pedes.  
Quantula mater ait lachrymis gembundus abortis  
Est fera, quanta mihi vulnere fecit apis*

*Cui Venus arridens, apibus ne simillimus ipsis  
Detrahis, en quantus, vulnere quanta facis.*

*Nactus idem hospitium noctu cum morte Cupido  
Mutatis temere mane abeunt pharetris.  
Hæc dolet inualidis dare vulnere, fortes  
Ille mori, dubius suscitât arma dolus  
Pugnantes dirimit Nemesis, male perditæ Cessæ,  
Summa hominē fugiant, hæc mala Mors et amor.*

*Ad Cosmum Med. Princip.*

*Maternis passim numeris, quæ personet aures  
Excubat ad postes plurima turba tuos.  
Et quæ te Latio celebret facundia uersu  
Rara sed Æonia non minor arte lyra.  
Rarior Argolici uernat tibi carminis author,  
Et culto titulos eleuat ore tuos.  
At tua qui triplici recinat præconia lingua,  
Vt mihi cum paucis blandiar, unus ero.  
Quod si tranquillo dabitur considerare portu  
Ausæ breuis referet munera longa moræ.*

*Item ad eundem.*

*πολλὰ τεὰς ἀρετῆς, patrij nonnulla decoris  
Tentantem subito νοῦσοσ' ἔρξε κακὴ  
ἄλλ' οὐκ ἐξὸν ἄπ' αὐτῆς, grata constantia mentis  
Pignora age & nostri δεξο μέγ' εὖ καμάτων  
ἵπιοσ' ἀνδρῶν ἰσορᾶσ' triplicis modulamine lingue,  
Qua datur in Populos νόσφι τέλους ἄσπι.*

Vicit Alexander consulti gesta Philippi,  
Rursus Alexandri uicit Iulus opus,  
At Medices tanto superauit & Iulum,  
Quanto nobilior quam scolopendra leo.

De Ioue quæsta Rhœa flebat Saturnia Bacchi  
Legittimis Semelen plus potuisse thoris  
Tum mater cupido dispar concede marito  
Sit de Marte satis tot licuisse tibi

Dimidium toto cum plus Ascræ canebas  
Mentis in obtutu nasus Abantis erat  
Hæu uates quam uera refers, nam pars quota uultus  
Quadruplus ad totum nasus Abanta tumet  
Nicolepto Louacino.

Scripsimus argolice retices? nescire fateris.  
Ne dubita medica nil super arte loquor.  
Romanas etiam uoces nescire fatenti  
Crediderim demptis testibus usque tibi  
Ni tamen insana reuocas deliria lingua  
Ne tibi cum laruis rem fore larna putes  
Iungentur Thusca Latys Grayisque camœna  
Audiat ut laudes quisque legatque tuas  
Excussos paruo uendet puer ære libellos  
Vrbis & Orbis iners fabula turdus eris  
Rustica te pariter cantabit & urbica pubes  
Non dabitur noctu non tibi luce quies  
Vt Copus utque alij cessent, maneque uirique  
Durarum facibus corripere sacris  
Donec Vlixæa discerptus uerbore dextra

# ANDREAE DACTII

*In lachrymas uani spiritus oris eat.*

*Ad Nicolaum Rodulfum Cardinalem*

*Accipe delicias quicunque requiris agelli*

*Lyrata Syria, quem nimis premunt iuga*

*Nec Cereri facilis tellus nec amica Lyeo est*

*Septentrionis ustulat a frigore*

*Quippe ubi temperie cultum quoque iuuerit annus.*

*Aegre quaterna messe respondet seges.*

*Etta Peletronijs Thesen da pocula mensis*

*Coniuia sobrius Phobis Rhetusque erit*

*Quas alerent frutices arcent decreta capellas*

*Vt unde quaque confluant opes Hero*

*Castaneas quandoque tamen fungosque ministrat*

*Tum uilla Iani tempus & mores refert*

*Queritur in medium furtoque assueti iuuentus*

*Lucem tenebris mutat in noctem uigil*

*Si sapis hic agros uillasque parare memento*

*Liure qui quis ureris uicinia*

*Lalio Taurello Fanensi.*

*Incola Flaminia uestra cognominis urbis*

*Qua fortuna seni est, garrula mittor auis*

*Non cauea splendore oculos, sed pectus & aures*

*Cantibus & uarijs tangere docta modis,*

*Vnde nouus latetur Herus, placidusque prioris*

*Præsidio foueat remque decusque suo.*

*Cosmo Medici*

*Arma librosque monet diuerso tempore Pallas*

*Perque uices, pugna, fulget & arte toga,*

*Præstat utrumque simul Medices prudentia Cosma*

*Dum pariter Marti consulit, & Sophia*

Et celebrat quisquam recta commenta Minerva  
 Parua, Ducis Cosma grandia uera tacet,  
 Bellona Cliusque modis insignis Apollo  
 Alterutrum certis, implet opus uicibus,  
 Iuncta refert eadem, sub eodem tempore Cosmas  
 Maior uter cedit, sed tamen ille Deo,

Accipe florigera princeps & gloria gentis  
 Qua damus audaci uir Iuliane manu  
 Munera sunt (fateor) parua hac, sed pectore toto  
 Optamus laudes concelebrare tuas  
 En canimus nomen quo uel iam notius orbe  
 Est Medices, uiuat semper in ore Pila  
 Vire praeor, uiuas faelix, semperque gubernes  
 Submittantque hostes colla proterua iugo.  
 Sitque uirens laurus, semper \*  
 Ornata, & scandat nomen ad astra tuum.

Hesiodum, dum pascit oues uisisse Camoenas  
 Et uatum sacris annuerasse canunt,  
 Armatoque sibi fauisse Marullus easdem  
 Humanum supra uisque decusque putat,  
 Ennius in somnis anima informatus Homeri  
 Quas non Pieridum depopulatur opes.  
 An lenius quod tabe grauem stomachique dolore  
 Me quoque per numeros ha coluere suos  
 At tribus his musa faelicibus ubera glebis  
 Dura tibi sterilis terga dedere soli,  
 Zoilus exclamat deliria dicat & agri  
 Somnia Aristarchus quod probat asserimus



*Ecce senex trahitur Sophocles reus, Oedipus obstat  
 Non ista inquiri conditione moros  
 Quis dabit ut lauder? quis non dabit, oscus & excora  
 Laudare si te iudice, dignus ero  
 Laudato laudante viro laudabere laudem  
 Si pro laude satis est meruisse tibi,*

*Natiua genuina luis deliria sanus  
 Emendes et quos habitus contraxerit alte  
 Longa dies rabidique diu graue canceris ulcus  
 Asclepius sis ipse licet natusue paterue  
 Sed tamen Orphei fluuios uolucresque ferasque  
 Et filuas & saxa terunt audisse canenti  
 Et nigrae radices opem sortitus Vlisses  
 Rettulit ni ueterem portentosa aea figura  
 Quae quam multa uirum laceratis ulcera membris  
 Paeonia obduxere manus fide Alcestda lato  
 Herculis eripuit lato soror Aesona Circes.*

*Natus ad ingenij cultus, & ad ocia tantum  
 Inualidus toto corpore, lentus, iners  
 Musarum exedras inter, sanctosque recessus  
 Versabar Sophia, nocte dieque frequens.  
 Ecce spopuli uo fio, nec detrectare laborem  
 Fas fuit, ad palmas te uocitante tuas.  
 Exilui inuitus, spaciumque annale cucurri,  
 Quale nec in circo currere posset Aequus.  
 Quare age defessum placide iam redde quieti  
 Vltima & uocatio sit mihi meta uia.  
 Meta sit at longi merces pretiumque laboris*

Nam graue quod pedibus, non erit hoc oculis

Sylua

Quid toties naſta diſſectam mole procella  
 Nequicquam pelago claſſem, uentisque ſiniſtris  
 Credere uela iubet, et iniquo fidere Calo.  
 Scilicet Ogygia fines, & Regna Calypſus  
 Armiſona inſiſis Ithaçò linquente Minerva  
 Aequarei ratibus Danaum Iouis ira pepercit.  
 Nec grege demerſo comitum cum claſſe, puella  
 Nudus opem tremula uoce implorauit Vlyxes.  
 Ac placidam nullis curſum turbantibus aui  
 Luſtibus exegit uitam cum coniuge Cadmus,  
 Cognato, Generoque potens, ſceptriſque nepotum.  
 Longior Herculeæ repetam ne lenta quietis.  
 Ociâ, & Iliacæ ductorem claſſis opimis  
 Imperijs inter luſus & uina potitum.  
 Hunc patris, illum cpibus fidentem matris, auique  
 Atque utinam tumidi poſt longa pericula Ponti  
 Poculaque Aëæa, uiroſaque carmina Circes  
 Poſt dirum Antiphatem, Syrenarumque canoras  
 Inſidias, Scyllamque truceſ, rabidâque Carybdim  
 Poſt Neptunni genas immania monſtra Cyclopaſ,  
 Alcinoi detur portus, & dulcia mitis  
 Teſta ſubire domus, ac mox Phaëce relictâ  
 Surgentem patrijs fumum ſpectare caminis,  
 Optatiſque diſparibus, teſtoque pctitum  
 Penelopes inter lachrymas, & dulcia nati  
 Oſcula, præterita narrare pericula uitæ,  
 Incertoſque olimi pelago, terraque labores  
 Conſtructis ad aquas tandem componere muris.

*Inuita neque enim Iunone, uel Herculis Heben  
 Rara Lycaonia sperem uel fata Calipsum.  
 Non eadem nostros agitat Rammusia fluctus  
 (Novi equidem) nec summa Deus sic miscuit imis.  
 Quid mihi cum tanta magnorum luce uirorum.  
 Quae mens, quae uires, aut quae fortuna meorum,  
 Tot congestis opes, nostrumque in nomen ituros  
 Subiecit populos, aut Regni euexit honores?  
 Primatisque bonis rerum maiora parauit.  
 Ipsa licet magna Soboles Florentia Roma  
 Inter honoratos dederit subsellia Patres  
 Quae galeata tamen flauo mihi lumine Pallas  
 Quae Venus hinc, quis Bacchus adest, quis Rector  
 Quisue Tonans, celsa me Iuppiter arce tuctur (quarum  
 Aut alius tanta Superum de gente Deorum.  
 Vnde ferox uaria post tot discrimina pugna  
 Impetus, & duri tandem furor occidat astri.  
 Ah mea calitili genesis damnata sinistris  
 Paulatim crescente malo crescentibus annis.  
 Illicet a primo uitae cui limine bellum  
 Indixit fortuna minax, ac more nouera  
 Natura perstrinxit opes & munera, molles  
 Saua Citeinis artus aggressa uenenis,  
 Et modo pregnantis succo, modo lactis abortu  
 Nunc tenera infidis infecit viscera mammis.  
 Mutatis toties sesqui nutricibus anno,  
 I nunc Herculeae confer discrimina tunc.  
 Nulla licet thalami postes insederit imum  
 Compressis uterum genili Lucina coercens,  
 Nec geminus recto illabens inuaserit Anguis.*

Non leniora tamen uincant tolerasse laborum.  
Hinc membris non una lues, ac tempore multo  
Inualida puero uires, cum triste quotannis  
Frangeret alternis corpus febris agra diebus.  
Hinc lachryma teneros, tumor hinc uexauit ocellas.  
Tum quartana gelu fessum confecit & aestu.  
Mox capitis, stomachique graues, uentrisque dolores  
Nunc omnes pressere simul, nunc quisque uicissim.  
Nec mora, nec requies. Hydra, cum more feracis  
Plurimus excisso capiti succresceret hares.  
Non tamen ingenij uires, & robora mentis  
His cessere malis, sed mus qua discere paruis  
Aggressus facili captu cursumque peregi,  
Monstraras promptus legere, & rescribere uoces,  
Tum quas, ingenium fratris dum demoror agrum  
Attigeram ignaro Latias genitore Camenas  
Ipsius indulsit pietas, uultuque sereno  
Natura summum esse nefas obstare profatus,  
Inceptis prestare dedit, V ulgique relictis  
Sordibus, ingenuas amplecti ardentius Artes.  
Tum repetita nouis auibz patria omina functus  
Acrior Ausonidum feror in penetralia Vatum.  
Nec minus haud frustra Grata facundia lingua  
Pertentata mihi, cum iam discordia demens  
Panderet Hesperiae, Gallis fatalibus Alpes,  
Arsurosque diu late succenderet ignes,  
Atque euersuras Regnorum culmina flammaz.  
Dis grates, neque priuata pressere ruina,  
Nec qui precipites Vrbem inuasere tumultus.  
Nam pater heu uita regimen, portusque laborum

*Re male composita, pueris cum matre relictis*  
*Morte fere subita occiderat, Respublica discors*  
*Ciuiles inter gladios, & Gallica tela,*  
*Ancipiti nouitate Duces, formamque regendi*  
*Mutarat statura breui, fissumque premebant*  
*Publica priuatis comixta pericula curis.*  
*Ut diuersa ratem diuerso flamina tractu*  
*Corripiunt, iactantque salo, pendentibus undis*  
*Iam mergi, iam iamque putes, illa impete certo*  
*Exilit, & portum non expectata reuisit.*  
*Consumptus fati uires, & robur iniqui*  
*Credideris, fessamque malis Rammuntida, tandem*  
*Aut puduisse meorum, aut pœnituisse malorum,*  
*Precipue sexti cum sub primordia lustrî*  
*Amos inter procures aspexeris albo*  
*Conscriptum, gemina titulos meruisse Minervæ,*  
*Multiplices Patriæ ambages, uariosque iuuenta*  
*Soluentem nodos, & Græcæ anigmata lingua*  
*Mox etiam primo labor additus alter. ut idem*  
*Adjcerem, Argolicis Romana poemata Musis,*  
*Interpres pariter Danaæ Latineque camœna.*  
*Illæ truces animos, & pectora tincta ueneno,*  
*Arte tegens grauiora nigro sub corde coquebat.*  
*Exactura breui longum pro munere scœnus.*  
*Interea dum bella parat, scuisque cruentos*  
*Cotibus exacuit gladios, armatque ueneno,*  
*Arridet, facilemque meis dat cursibus auram,*  
*Certius incautum coniectis undique telis*  
*Quo premat. & fossis transuerberet ossa medullis,*  
*Effuso donec tabescant sanguine uena.*

Sic malus arcanis uita penetralibus humor  
 Incubat, & nullo subcrefcens indice uirus  
 Prasignans, tacitis fenfim mox uiribus auctus  
 Erumpit, totumque uno domat impete corpus.  
 Paonia uincuntur opes, fpec una Deorum.  
 Ergo ubi collectum robur, uiresque parata  
 Infremit, infandosque ciens horrenda tumultus  
 Semirutam notis inuadit partibus arcem.  
 Et quae iam uario tentarat lumina nixu  
 Aggreditur, faciliue manu labefacta cecidit.  
 Nam qui impune folens pueros contingere morbi  
 Oppreflere graui iuuenem discrimine uita,  
 Alteriusque oculi lucem infecere tenebris.  
 O utinam medici uitio, quos penè fubiui  
 Tunc Manes adiffè datum. uincifque folutus  
 Corporis Aethereas penetrasset fpiritus auras.  
 Quas ego quas anima labes, quae triftia dura  
 Pondera, quae mifera uita affem incommoda uita?  
 Quos gemitus? & quae mutanda pericula lato.  
 Soluiffent mihi iufta pia cum matre fiores,  
 Et fratres fimul, & cognato fanguine turba,  
 Pubentes miferata genas, floremque iuuenta,  
 Et quas quifque fibi conceperat indole rara  
 Non expectata abruptas fpec Morte gementes.  
 Quo mifer euafit tandem (quo longius agra  
 Produxi infelix fpatium miferabile uita.  
 Nempe ut parta graui, & longo congesta labore  
 Perderet una dies, nempe ut miferandus & hofti,  
 Proh dolor. inuifis damnata fronte tenebris  
 Maternas inter furias, fratrumque rapinas

*Horrida Phineæ paterer consuevia mensæ.  
 Expertus tragico non inferiora cothurno  
 Inuisus superis inuisus manibus orbis.  
 Cui neque luce frui placida nec morte liceret  
 Pendentis fines iuxta uitæque necisque  
 Haud dubia ratione neci uitæque propinquo.  
 Sume triumphales curru Rhamnusia cultus.  
 Pande alas tuque ipsa tuis te protege pennis  
 Picturata graui uestis procul ardeat auro  
 Auro ingens solido rutilet gemmisque corona  
 Sceptra gerat baccata manus comitetur onanti  
 Lior equo aut curru potius gestetur eodem  
 Quem suprema trahat bis quatuor India barthis  
 Candida cognata circumstent agmina turba  
 Præcedat nitidis fulgens exercitus armis  
 Et quæ laurigeros comitatur pompa triumphos  
 Præda Tropææ duces tituli cum gentibus urbes  
 Quæque iter est festus uelentur compita fertis  
 Hinc illinc auleæ tegant pendentia muros  
 Carula Phæbeos excludant uela calores  
 Floribus & Cilicum spirent spectacula nymbis  
 Hi Capitolas transi super altior arces  
 Hi diætrix tumidumque alto caput insere calo  
 Parta tibi ingenti uictoria digna triumpho  
 Quem Libyes Asiaque duces quem turba quirinum  
 Europaque potens & totus nescit orbis  
 Scilicet egregiam laudem & spolia ampla reportas  
 Gloria magna tibi & nomen memorabile partum  
 Si tot ab insidijs toties tot ab hostibus unus  
 Vsq; domi usque foris per lustra nouena petitus*

Cui nihil in tenebris certum nihil undique tutum  
Dat tandem tibi sua manus prò dedecus ingens  
Prò Pudor & nullo uecordia cognita seculo  
Seminices artus & membra tremencia lato  
Infelix manesque umbram insectaris ad imos  
Sed quo non longos confert producere questus  
Quid iuuat insanis calum lassare querelis  
Contrahe uela domi tacitoque in pectore uersa  
Quid ferat ipsa dies neque enim dum uita superstes  
Desperes lapsis meliora mouetur in horas  
Instabilis uario rerum uix crimine cursus  
Summa repente imis miscens atque ultima primis  
Turbidus exoriens picea caligine Phæbus  
Sapius Hesperias purus descendit in undas  
Quodque procellosis seruet modo fluctibus aquor  
Credita tranquillo reddet mox carbasa porto  
Et quem calcarunt inopum uestigia puluis  
Sublimis uento celsas ascendit in arces  
Quid uehas ignoras sero tibi lumine Vesper



*ANDREAE DACTII STILV*

*chi titulus Virbii in Leonis X. Pont.  
Max. laudem enarrata.*

*Inuia Cecropiae r: matus pascua sylua  
Hippolytus, rapidos arte regebat equos,  
Ecce ferum tristi tollens caput equore monstrum:  
Eminus absorptas ei aculatur aquas:  
Discurrere feri subito terrore iugales,  
Disiectis radij dissiluere rotis,  
Concidit, & fracti discerptus pondere currus,  
Frena tenet lacera sanguinolenta manu.  
Astitit, & fotum gremio Dytina pudico  
Asclepi sacros protulit ante pedes:  
Siquid, ait, merui, si quid potes arte medendi  
Hoc age, & in puero me mihi redde nepos.  
Plura dolor uetuit, sensit, purgansque fouensque  
Vulnera, Paonia suscitatur artis opem.  
Mens redit, & uires, fruitur dulcedine uitae  
Virbius, aridet terra, polusque Deo.  
Virbius ecce recens medicis petit aera succis,  
Concipe Letitia Calliopaea modos.*

*Quicquid ab Archiua crescentis origine Mundi  
Qua se cunque coli pulsus Humus annuit undis,  
Senserit Humanae discors sollertia Mentis,  
Arbitry secura Iouis. Cum miscuit imis  
Summa, laboriferi manus ingeniosa Promethei,  
Vel cum iactatis induruit amula saxis;  
Deucalionaea post uada pericula cymba,*

Vnius immensi molem mihi temperat orbis  
Vis, & mens, & Amor, nullis obnoxia causis  
Maestas Aeterna Dei, qui cuncta creauit  
Omnipotens, qui cuncta mouens immobilis implet  
Immensum, quod fecit, opus, nec cernitur ullis  
Cuncta uidens, causa ipse sui, seseque Beatus.  
Non minor arcanis Aeternitatis in antris,  
Ignotaeque diu per longa silentia noctis,  
Cum Facunda sacra concepta reconderet aluo:  
Nec maior post lucis opes, tenebrasque rebelles,  
Sydereosque globos, elementaque grandia, formis  
Alternata suis, mixtisque animata figuris  
Corpora, tergemini pugnantis semina Mundi,  
Ad numeros librat a suis, quo tempore primum  
Diuitias proferre sinu, roburque potentis  
Inuictum monstrare manus, largiuntque benigna  
Mentis opus placitum, seque indulgere creatis.  
Sponte sua nullo penitus cogente, sed ipso  
Natura poscente bono, penetrabilibus altis  
Omniiferam laxare penum, signataque longum  
Horrea, & immensos aeterna molis aeuos  
Venturis larga populis effundere dextra.  
Ergo ubi materies nunc concepta iuuentis  
Emituit, formaeque decus digesta recepit:  
Ille poli metas fulgoribus, ille profundis  
Maxibus, & medijs posuit cultoribus orbis,  
Staturaeque dedit aeterna in secula Leges.  
Et defecturum non ullo tempore fadus.  
Quid mihi Threicy casum, commentaque alumni  
Vana refers? atomosque leues, rebusque creandis

Semina, diuersis temere occurrentia formis.  
 Non ne ubi non ullis per inanes partibus auras  
 Componunt ramenta modis coeantia miris,  
 Flammi-feros Phætonis equos, & cornua Luna,  
 Atque ipsum immoto qui sustinet omnia Gyro:  
 Vltimus immensi (si fors tulit) ambitus orbis  
 Iam duplicem, iam multiplicem spectare licebit,  
 Et centum gemino crepitare tonitrua celo,  
 Sed uacuo, nullisque Iouis descendere fulmen  
 Imperijs, uaneque Deos formidinis umbras.  
 Non ne Poetarum uarijs insomnia Monstris  
 Prætulerm, chaos obscurum, nitidumque Phæneta.  
 Quæque sub Aonia cecinit fastigia rupis:  
 In tempesta senex qui Mænia prouehit Aescra.  
 Pierias uidisse ratus sibi adesse Sorores.  
 Quæ Linus, & Cithara polles in collibus Orpheus  
 Ismarjs, Rodopesque iugis, & saltibus Hemi:  
 Suetus aquas cantu, nolucresque, ferasque morari,  
 Et saxa, & rigidas syluis diducere quercus.  
 Infelix, frustra que sacris imbutus Iacchi.  
 Et frustra Eurydicen, frustra infera regna secutus,  
 Qui Cyconum Thyrsos, contorta que saxa, canora  
 Non potuit mulcere lyra: licet æquoris iras  
 Flexerit, Hemonia moderatus, transtra carina.  
 Adde alios uates & primæ nomina fame.  
 Mæonidem, irasque Deum, pugnasque canentem,  
 Captiuumque Iouem, pulsus post arma parentis,  
 Titanaeque truces, conculcatoque pudore,  
 Nil non permissum Veneri, scelerique doloque.  
 Tum duris facti iussis, manesque, iuresque,  
 Calicolasque,

Calicolasque ipsumque simul parere Tonantem:  
 Aurea nexilibus cum uinciat orbibus Orbem  
 In se se rediens aeterna ambage catena.  
 Unde (tuo siquid fidei Troiana Magistro)  
 Hyssida torpentes induxit porticus umbras,  
 Inflexumque animi robur concepit in omnes  
 Affectus hominumque suis sibi uendicat armis.  
 Atque alias aliis pro capiti mentis eisdem  
 Fontibus haurit aquas, ut quisque cupidine fama  
 Fertur, & inuenti gestit nouitate superbus  
 Dogmatis, abducto quorum Natura recessu  
 Texit & ingenij causas indagine cinxit.  
 Iamque Thales undis rerum primordia ducit,  
 Igne Samornei proles tenebrosa Blosonis.  
 At tibi, nec Siculos ignes, nec dira timentis  
 Fata: Deum dum queris iter tenuisse uideri  
 Non nihil alterno discordia gignit amori.  
 Quo tamen humani deliria pectoris usque  
 Prosequar? & ueteris terras caliginis umbras  
 Immensum curta Pelagus cohibere matella  
 Nitentis, superasque damnos, arcemque Tonantis  
 Lucis inaccessa lutea componere testa?  
 Scilicet angusto tenebroso carceris antro  
 Igne Promethea tellus animata rapina  
 Intima flammiferi penetrabilia concipit Orbis  
 Aduersante Deo quod si felicior aura  
 Fulxerit, exemplo rursus patrioque suoque  
 Iuppiter aethera depulsus sedibus aula  
 Excidet, amissis nec iam Saturnus habenis  
 Vnus Acherosij tabesceat compede ferri.

Sordibus, & cana fadatus regmine barba.  
 Ipsa luteo uasta fidem robore molis  
 Aegæona Thetis discordibus inferat Astris.  
 Enceladique tremat concussa uaporibus Aetna.  
 Impia Flagrea referens uestigia pugna.  
 Post trepida commissæ fugæ, mollisque latebras  
 Aegypti? Quid enim soboles humana refugit?  
 Quod non ausa nefas? O prima mentis imago  
 Dissita tergemi nectens consinia Mundi,  
 Mole breui, formante Deo; sublimia magni  
 Nata subire Poli; dubio fastigia cursu:  
 Diversas sortita nices, dum libera nexu  
 Sponte sua nullo fertur cohibente uoluntas.  
 Alternò uary iactata cupidinis æstu.  
 Ne tamen hinc multum placeas tibi, ne ne superbus.  
 Tolle animos, Latis neque enim dum pascitur herbis.  
 Dum liquidas exhaurit aquas; Dû Buccula Tauri.  
 Sustinet, & Pecudes Arias, olidusque capellus  
 Hircus inuit: præter mentem pastoris aguntur.  
 Seruandi quem cura gregis sobolisque futura  
 Ducit Amor: pecoris sed enim Venus ipsa Magistro.  
 Non minus ad uotum est, quam cū caliginis umbra.  
 Syderei conuexa poli cinxere Tenebra:  
 Imbellem ualidis gentem defendere septis.  
 Raptore, ne forte Lupi, ne turbidas Hyber  
 Obsuerit, gelidique riuens iniuria Cali.  
 Scilicet omnipotens immensi conditor Orbis  
 Natura cum irru daret: rebusque creatis,  
 Tum primum fines certos, & fœdera nullas  
 Fortuna passura nices imponeret, altis

Syderibus numerisque suis elementa moueret i.  
 Et uolucrum natuque genus, pecudesque, ferasque,  
 Sylvarumque comas, fruticesque, et graminis herbas  
 Iapetionide figmentum nobile, dextra  
 Neglectum sine lege putes? quo Sydera certis  
 Temporibus, metusque Poli ratione feruntur  
 Alternant elementa uices humorque calorque,  
 Torpet hyems gelidis Borea concreta pruinis.  
 Ver tepidis humescit aquis Hyperionis aestas  
 Ignibus ustariget, gelidis crepae aridus Euris  
 Autumnus fatusque noni solatia terris  
 Collectas indulget opes, quas matris in Aluo  
 Bruma fouet. Zephyrus tepidis enititur alis  
 Sic alternatis diuersi mensibus anni  
 Aucta cadunt redeuntque suis stat a tempora rebus  
 Natura ducent manu? pars optima rerum  
 Quas oculis spectare datum, dantis indiga tristi  
 Libertate perit, mariaque cupidinis astro,  
 Qualis Thesiphones agit ata furoribus Ino  
 Desiluit in praeceps, unaque amplexa ruina  
 Seques suosque trahit quo turbine pectoris Amens  
 Quo ruitis mortale genus? quibus ista flagellis  
 Turba furis? Quis corda deus? quae uersat Erynnis?  
 Tu ne tuis aeterna putas prauertere magni  
 Consilij decreta Iouis? quibus ordine certo  
 Magna renidentis torquetur machina mundi,  
 Vel sensu uel mente capax, ut molibus ipse  
 Spiritus, infernis praestent sublimia rebus.  
 Illa quidem, nullo penitus uisanti casu  
 Aeternos uisura dies: hac inscia certo

*Stare loco: fataſque noui ſubnixa tigillo  
 Quæ diuerſa, modis in ſe coeuntia miris  
 Gens hominū Auguſta neſcit ſub imagine forma:  
 Nata Deum penetrare domos & fulgida Celi  
 Sydera: dum memores, celeſtis originis annos  
 Exigat imperio non aduerſata Tonantis.  
 Ipſa ſibi diſcors, pugnantibus undique rerum  
 Seminibus: quam luxus iners, & dira cupido  
 Quam tumidi faſtus, animi cæcique furores,  
 Precipitem ſtimulis agitant: Si frena uoluntas  
 Excutit: & uicta paſſim ratione uagatur.  
 Arbitrio furibunda ſuo, uelut obice rupto  
 Precipitant torrentis aquæ conuiulſæque ab imo  
 Roboræque ſcopuloſque trahunt, uel puluere campi  
 Indomiti ſpaciantur equi: cum rector habenas  
 Deſeruit: uiduoque labant temone quadrigæ.  
 Inde truces animos, & neſcia cedere recto  
 Pectora, & inſanas agitata mentis Erynnes  
 Induimus: quales nigri poſt Tartara Ditis  
 Alciden egere Canes, uel ſanguine nati  
 Eumenis Ogygia dextram maculauit Agæus.  
 Vtique Thyæſtiades tragicos Agamemnone caeſo  
 Inſlauit lituos, gladio caſurus Oreſtis.  
 Colchis Iſonios de ſe cum pellice natos  
 Suſtulit: Hemonij poſt fata miſerrima Regis,  
 Sic damnata fero moliti Regna Creonti  
 Oedipide pereunt per mutua uulnera fratres.  
 Amiſſiſque ſenex generis tabeſcit Aдраſtus.  
 At Paris Oebalias fortium populatus Amyclæ  
 Letus Acidalia ſequitur dum munera Diuæ:*

Idais promissa iugis: cum Palladis artes  
 Nuda Venus, Iunonis opes se iudice uicit.  
 Europen Asia furialibus intulit armis,  
 Dardanaque Argolicis euerit Pergama flammis.  
 Exul ut emensi, post multa pericula Ponti  
 Aeneas, Latio fati melioribus urbem  
 Conderet, & magna strueret primordia Roma  
 Gentis Iulea superos aditura triumphis.  
 Ad ripas Tyberina tuas nec lustra ferarum  
 Obstiterint: nec septa rudi magalia culmo  
 Pastorumque manus collectaque Martis Asilo  
 Colluuiis, Itala scelorum damnata Iuuenta:  
 Quo minus Aeneadum late succumberet armis  
 Terra, cruentatis Macedum concussa Sarrisis:  
 Cuius Achemenys liuerent terga flagellis  
 Medorumque notis, postquam Babylonia Susis  
 Cessit & Assyria cecinerunt mania Nini.  
 Tum demum meritas temerata soluere pacis  
 Iussa uices: quae prima feras in praelia turmas  
 Eduxit: populosque rudes & nescia belli  
 Pectora, praterita nequicquam tempore uita  
 Libera, ferre iugum. & Martis terrore coegit  
 Seruitumque pati sic alternata uicissim  
 Gaudia miscentur lachrimis & tristia letis  
 Im petunt sublime: ruunt in Tartara, summo  
 Qua steterant suprema loco, gentesque per omnes  
 Archanis uersata modis, hominique negatis  
 Ancipiti leuitate fluunt. uelut ultima Tethys  
 Oceanus refluxo qua concutit aequora fluxu:  
 Quas Scylla uersat rabies astuque furenti.



Sorbet in abruptum rursusque sub astra Charybdis  
 Ei aculatur aquas, neque enim cognovit ibidem  
 Stare diu, quicquid sensus mens concepit haustu  
 Consilij Rex magnetis, quibus ignea mentes  
 Astra mouent, elementa regunt, mixtaeque caducæ  
 Molis opus, non lege quidem quam dixeris unam  
 Diuersa tamen esse neges, cum consona rerum  
 Natura sint iura: lira ceu fila canora  
 Concordes uocum referunt discrimine cantus  
 Nam licet ancipitis uariante cupidinis aestu  
 Huius olim referamur, & huc animoque petamus  
 Diuersis diuersa modis, ut quisque uidetur  
 Velle sibi, proutque suis accedere uotis:  
 Non tamen immensi fines, consultaeque regis  
 Euasisse datur: cordis secreta tenentis  
 Arbitriumque animæ, qui quamuis cogera possis  
 Inuitos, durisque feros urgere lupatis:  
 Allicit interdum tamen, & dulcedine captos  
 Quod uoluit, nos uelle facit, facilique ministros  
 Imperij trahit arte sui, seu turbine belli  
 Collapsos mores, corruptaque secula turpi  
 Luxuria, ritusque feros, oblitaque recti  
 Pectora, & insanas scelerum contagine gentes  
 Ad frugem reuocare iuuat: seu reddere paci  
 Sparsa cruore uirum saturataque cadibus arma  
 Et iam penè suis uiduas cultoribus urbes  
 Sæuæque Barbaricis tela extorquere lacertis,  
 Confectumque malis senij grauioribus orbem  
 Rursus in integra faciem renouare Iuuenta  
 Tristia Tartarei cohibentem monstra profundi

In latebras tenebrasque suas quibus Aetheris ignes  
 Puraque flammiferi pallerent lumina Phœbi.  
 Lucidua umbriferis Aer tenebresceret austris.  
 Aequor hyems, terras quateret, gladiusque, famesque,  
 Morborumque lues, gelida contermina Morti.  
 An referam ueteres casus regumque, ducumque?  
 Eversasque urbes casus reciduaque Mania, molles  
 Assyrios, Medosque truces, Persasque superbos,  
 Et fortunatas Macedum cum rege ceteruas.  
 Romulidumque graues animos? Quod Gægis, et Indi  
 Regna? quid Aethiopum, Niloque adnota tepentis?  
 Quid memorem Penosque truces Maurosque cruētos  
 Bethim et ardueris Rhodanum Rhenūque fluetis  
 Albin et Euxinas Istrum qui temperat undas?  
 Quid Thanaïm, Scyticasque niues, et uellere Phryxos  
 Nec nomus insignes Argus certamine Colchos?  
 Nam quid Palladias arces, Sparthaque? Quod Ar-  
 aut Thebas, celebresque, alias scriptoribus urbes (gos  
 Graiorum: Pelopis quas insula sustinet et quas  
 Creta, Rhodos, Cyprus, semotaque Doridis undis  
 Epirus: rerumque potens olim Itala tellus:  
 Nil opus, à prisco repetitis testibus ano  
 Nil uersare manu ueterum monumenta: super sunt  
 Ante oculos, interque manus cedentia nullis  
 Maiorum, et contenta suis exempla periclis.  
 Nam uelut infesto surgentibus aquore monstros  
 Decepti post uota patris, fraudemque Nouerca  
 Hippolytum trepida lacerum traxere quadriga  
 Excussum temone feri, cum lora tenerent  
 In media iam Morte manus, tractuque rotarum

*Confusi fractis taberent ossibus artus:  
 Ecce ruens Latia ruptis compagibus aula  
 Ambitione ducum. Stygia liuore furentum  
 Tisiphones, Itala penetravit viscera Terra  
 Barbarus, Ausonias ferro, flammisque cruentus  
 Depopulatus opes: miseri quid funera vulgi.  
 Quid lachrymas, quid uincla querar? Venerèque cruo  
 Et grauius leto uita genus: impius hostis      (etiam,  
 Nil templis, arisque dedit, commixta profanis  
 Sacra simul percutit, sed enim per singula rursus  
 Ire piget: ueterisque notas renouare doloris  
 Vulneraque obducto iux dum cocuntia rictus  
 Incerta refricare manu: perferre coacti.  
 Quicquid Barbarici norunt commenta furoris.  
 Perfidus Hercule a qua nec post fata Sagunti  
 Hannibal, Hesperia furialibus intulit armis.  
 Quos Marius strauit populos quos dextra Camilli,  
 Non Ghotus ira Dei, trucibus non mitior Hunnis  
 Vandalus, & longe sortitus nomina Barga.  
 Et iam penè feris subdebat colla catenis  
 Roma, paludosa casu dissecta Rauenna  
 Instantisque metu, desertis manibus hostis.  
 Nam ueluti dira Cannarum strage Terenti  
 Varro fugis, Libyca percussus uulnere dextra  
 Paule iaces: Proh fata, ducum sic effugit alter  
 Ipse feros inter gladios, tormentaque tutus  
 Cura deum magni Medices legatus Iuli  
 Celtica captiuis passurus uincla palmis  
 Ecce trahebatur. Summi cum rector Olympi  
 Tum demum clades Italas miseratus ab alto*

Defixit terris oculos, propiusque labores  
 Despexit gemitusque virum deintus alia secum.  
 Haëtenus Ausonia fas insultare iacenti  
 Galle tibi quo pergis? ait, Victoria rebus  
 Terminus ista tuis: iam iam concedere victo  
 Victorem atque Itala iubeo discedere terra.  
 At tu magnorum proles generosa parentum  
 Dura pati ne vincla time: Labor ultimus hic est.  
 Iam Patria reddere tua Latioque potitus  
 Impia seminecis medicabere uulnera terra  
 Tristis in auricomam faciem renouabitur Orbis  
 Auspicjs opibusque tuis. hinc astra subibis  
 Tranquilla iam pace senex hoc ordine rerum  
 (Ne dubita) te fata manent tu pectore forti  
 Iussa subi, rebusque datis par induere robur.  
 Hac ait, et nutu Calos Terrasque mouebat  
 Ad mentis secreta suæ res uerba secuta est  
 Continua rapidas pedibus Cyllenius alas  
 Nexus adit terras. turbat aque pectora mulcet  
 Ausonidum, casusque grauis medicamina monstrat  
 Tot uictis superesse equitum peditumque cateruas  
 Tum magno constare hosti uicisse, tot haustos  
 Ense uiros, ipsumque ducem cecidisse sub armis.  
 Hinc mouet Alpinas gentes, Germanaque castra  
 Inde Caledonios excitat ad arma Britannos.  
 Interea misera furij agitata Rauenna  
 Celtarum fera castra labant, Stygijsque tenebris.  
 Circumfusa ruunt: peditum nam sponte solutis  
 Agminibus desertus eques. Tum Panicus heret  
 Mentibus et late uolitans quatit agmina terror.

# 24 ANDREAE DACTII

Ergo abeunt retroque pedem uestigia torquent  
 Victores, partasque malis & cede suorum  
 Deseruere fuga nullis instantibus urbes.  
 Et iam Flaminia saltus, camposque legebant  
 Aemilia, iam rura Padi stagnantia riuus.  
 Tum delecta cohors gelidas properabat ad Alpes  
 Captiuos, Medicemque trahens iamque arua tenebant  
 Iam ripas Ticine tuas scelus unda refugit:  
 Obstupuit tremefactus equus, gressumque repressis  
 Non stimulis, non ille feris calcaribus audit.  
 Ecce autem ducente Deo vicina Sacerdos  
 Tempa colens, raptis uilla cultoribus instat  
 Vix uni metuenda manus, fugere repente  
 Custodes, qua quemque pavor, qua casus adegis  
 Armatis cessere togæ, paucisque frequentes.  
 Illa dies Itala confregit uincla catena  
 Munere clara Dei: cum te pater optime Iuri  
 Restituit fortuna tuo, tunc omnis adempta  
 Spes Latij concepta soli, Galloque negatum  
 Afferriys considerare agris Alpesque remensus  
 Ipse domi timuit conuersi uulnera Martis  
 Celtica belligero dum feruet terra tumultu  
 Interea Latia decoratum fascibus Aula  
 Te patrio tandem gremio Florentia capit  
 Illa quidem multo ueterum splendore tuorum  
 Nobilit, & pulchro magni moderamine Cosma  
 Militiaque domique potens, tum mitibus actis  
 Clara Petri, magnis sublimis ad astra triumphis  
 Laurenti subuecta patris, qui plurima quamuis  
 Pace, domi, belloque foris pulcherrima gessit:

Agnitus Hesperis Laurentius agnitus Indis  
Ad Boream mediumque diem celebratus honestis  
Pieridum numeris, clarus moderamine princeps  
Ingenui constans animi nullique secundus  
Consilij, uirtute potens, linguaque, manuque  
Et grauibus decorare iocos, & seria ludis.  
O summa mens plena Deo, tot dotibus una  
Multorum complexa decus, quam pectore fas est,  
Concepisse magis quam promere tu tamen ipse  
Quamlibet egregius animi uirtutibus urbi  
Vtilis, hoc uno superas tua, seque, beatus  
Prole sacra multum tibi se debere fatetur  
Inclita multarum Florentia nomine rerum  
Nec grates meminisse piget puduitque referre  
Viuenti Cinerisque rogo, memorique sepulchro.  
Qua licuit, meritis ut quas non dixeris equas  
Esse putes aliquid, nec dedignere mereri.  
Quæ tamen ob sobolis meritum tibi præmia reddat  
Non sensu, non mente capit, cœlestibus impar  
Diuitijs? Quis digna Deo, quis præmia soluat?  
Mortali nec posse datur, nec scire; Quis autem  
Velle neget? liquidum caratis æra pennis  
Dum secat, & propius uicinos appetit ignes  
Infelix pelagi submergitur Icarus undis.  
Dadalus Ausonia libratæ occupat alis  
Littora, Cumea quondam sacra Sibyllæ  
Vectus equi pennis dira post fata Chymææ  
Bellerophon, Superum mixtus penetrare recessus  
Concidit: effuso disfracta per ossa cerebro.  
Persea Gorgoneæ referentem colla Medusa.

Arua super Lybia siccantibus arida glebis  
 Pegasus incolumem patrias adduxit in oras.  
 Thesea Tartarea iunctum cinxere catena  
 Firitoique manus, superas remeavit ad auras  
 Alcides, praedansque trahens, hos infla movebat  
 Causa viros, illos sed enim scelerata cupido.  
 Et tumidi fastus animi, spernaxque deorum  
 Cōtemptus, tua me pietas Patria inclita amorque  
 Fortuna iubet oblitum, moribque prementis  
 Lat a sereno nato modulamina condere vultu  
 In generis commune decus. Tu nom ine tanto  
 Digna mone, cuius natu Florentia primo  
 Nob ile tergemina meruit Diadema corona.  
 Tuque adeo tanta sortitus pondera molis  
 Calicolum pia cura Leo, quem summa Tonantis  
 Dextra suas prestare vires, terrisque potiri  
 Iussit: & immensi laxare repagula Mundi  
 Huc ades, & trepida dexter rege uela Carinae:  
 Auspicio commissa tuo tibi summa profundis  
 Rudis, & extremas tumidi legit aquoris undas,  
 Tu rector, tu causa via, te praeside nullas  
 Horret aqua cali ne minas, da (siquid amoris  
 Cura grauis patriumque decus pietasque meretur  
 Mensque. uni deuota tibi) da numine dextro  
 Littus & optati naualia tangere portus.  
 Vos quoque magnanimi felicia sidera fratres  
 Consortes tantorum operum tuque optime magni  
 Nomen. Ann referens & primo flore iuuenta  
 Non rebus non mente minor mihi numinis instat  
 Laura renascentis concordia semina Mundi

Ferte pedem faciles uestraque aſſiſtite caſtris  
 Miſiſſa nam ueſtra cano Decimique Leonis  
 Pontificale decus generis communia ueſtri  
 Stemmata quanquam olim (uita modo ſila ſuperſint  
 Sis mihi perpetuos carmen condatur in annos)  
 Indiſto per me ueſtrum nulli eſſe licebit  
 Nec uos parua manent merita praeconia laudis.  
 Nunc age Pieria curſum repetamus harena  
 Phoebe parens magnique Iouis generoſa Propago  
 Aonides. Quid enim ueſtro ſperemus inertes  
 Praefidio ceſſante Dea? uos incita Cyrrha  
 Pectora, & inſani lymphis agitate Lyai.  
 Ipſa pares animos tantis mens ardua rebus  
 Concipiat, nec lingua potens conceptibus altis  
 Deſuerit, trepido ſed enim praecordia uerſat  
 Delius, & numeris formata potentibus Euan  
 Arbitrio mouet ora ſuo, ſubigitque profari.  
 Effera ſanguineis gaudens Bellona quadrigis  
 Iam prope ter ſenos Latium ualtauerat annos  
 Barbarica feriente manu, quo tempore primum  
 Impia turbatas diſcordia perculit urbes  
 Auſonia, rupto tranquilla federe pacis.  
 Conſilijs miſerande tuis, quae triſtis Erynnis  
 Inſuber, aut furijſ uolentior ambitus atris  
 Impulit, amotos Natura ſinibus hoſtes  
 Sollicitare auro, pradaque cupidine ductos  
 Sponte fouere ſinu, quo Regni dira libido.  
 Quo mentem ſclerata trahis? tibi pulchra Ruina  
 Parthenope grates tibi praeſentia debet Olanum  
 Excidij cumulata ſui, Venetufque Ligurque



Quicquid in Hesperios hausit fortuna colonos  
 Muneris, exemplique tui est. hinc fluxit in omnes  
 Pectoris atra lues. tractu uelut aeris olim  
 Corrupto, dira serpit contagine pestis,  
 Cumque suis pereunt armenta gregesque magistris.  
 Pastor opem si ferre neget. spernatque modori  
 Disce tuis contenta bonis traducere uitam  
 Gens hominum, nec te discordibus auferat ausis  
 Ambitus, & Regni per crimina seu a libido,  
 Crede deos fandi memores, dira sive nofandi  
 Vltrices, & quæ latebras Arcanaque cordis  
 Semper ubique uident, non conuientia somno  
 Lumina iustitiæ nec nigri occulta ueneni  
 Pocula, nec noctis tenebris agitata latebunt  
 Consilia in medio ponentur ut omnia campo.  
 Quid tibi Barbaricis miscere tumultibus omnem  
 Profuit Italiam? tristis quid casus amica  
 Parthenopes? emptor scelerum uenundatus idem  
 Exemplis cadis ipse tuis, nec criminis heres  
 Auspicio partis fruitur meliore, tot urbes  
 Eversa, tot Regna, feri tot uulnera Martis,  
 Tot fortes amissa anima, tot cedibus arua  
 Pinguis, tot Latio squallentes sanguine campi  
 Seu a tuo de fonte cadunt ignara quietis  
 Ambitio, tumidi proles uesana Typhæi  
 Euersa a polos, & nigri Tartara Ditis.  
 Si propius conferre manus. & tendere contra  
 Vincula sinant, ferroque grauos, suræque manusque  
 Infelix mortale genus tibi compede soli  
 Exiit, manisque uacat, dira sive sorores

Excitat, & totis in praelia viribus ardet  
 Illa quidem Latia properabat fata ruina.  
 Iamque uidebatur facibus gladiisque paratis  
 Extremum sortita diem, cum dextra Tonantis  
 Obstitit, & miro subeuntibus ordine rebus  
 Improvisa tulit lacero medicamina Mundo.  
 Expertum tanquam rigidis fornacibus aurum  
 Aduersis, latisque uirum, quem tristia nullis  
 Inuictum flexere malis, quem prospera nunquam  
 Oblitum uidere sui, partisue minorem  
 Fortunis, summo positum sed culmine rerum  
 Ad maiora putes animi splendore creatum  
 Hunc Pater omnipotens aeterni legibus aui.  
 Promissum Laty, columnen rerumque salutem  
 Cum procul ex alto uentura fata ruina  
 Cerneret, aetherias in tempore protulit aures:  
 Deque tot Italia populis atque urbibus una  
 Diligeris, Thuscæ princeps, Florentia palma  
 Arcanis dignata Dei. Tu conscia magni  
 Pignoris, & tanti nutrix celebraris alumni.  
 Quanta nec Ogygiæ iactatur Nisa Lyao  
 Nobilis Ida Iouis cunis: & Apolline Delos.  
 Conceptum tu prima foues, tu matris ab aluo  
 Suscipis, & celi uitalibus imbuis auris  
 Tam clarum fortita docuis, nec fulminis ignes,  
 Nec tonitrus, uentremque premens Lucina reductis  
 Ad pectus genibus, geminusque a culmine serpens  
 Infesto trepidos conterruit ore parentes  
 Sed purus sine labe dies, nitidusque coruscis  
 Effulxit Titan radijs, manifesta que mundos

Signa dedit, magna uentura in secula laudis.  
 Romanaque matre satus, Iouis alite Regni  
 Iura capit, Thysci debetur origine patris  
 Religio, pietasque uiro: nec Pallas honores  
 Inuidit generosa suos, cautoque Promethei  
 Dona Deum collecta sinu nascentis in artus  
 Inseruit consulta Themis, dominaeque suique  
 Iussa charis nomen felicibus indidit astris.  
 Praetereo cunas, & prima tempora uita  
 Nutricis commissâ fide, nec proxima primis  
 Lustra, referre uacat, quamuis nitor indolis ingens  
 A teneris, cuncti spatys effulxerit aui  
 Ignis ut arentis correptus fomite teda  
 Crescit, & injecta superat fastigia Sylua  
 Sublimem rapidis diffusus in aethera, linguis  
 Longa tamen summa cupidum praecoma fame  
 Ad rerum maiora uocant, Tu parua silenti  
 Da ueniam, si parua tamen tua dicere fas est  
 Sume uirum, cui summa Deus dedit omnia summus,  
 Parque annis uirtutis Opus, sic oris honore  
 Perpetuo insignem doctis inspexit Athenae  
 Cliniadem flaua miratrix turba Minervae.  
 Nam gestis & mente tibi quem conferat olim  
 Longa dies? cui par grauitas prohibet asque fidesque  
 Et pietas, animusque senis puerilibus annis?  
 Obstupuit quoties obtutu fixus in uno  
 Et pater & fratres, & si quem casus adegit  
 Spectatorem operum mirato splendore tuorum,  
 Hinc Puer & uix dum maturo tempore sacris  
 Adductus, primoque Dei cultum induit auro.  
 Altius

Altius ut teneris animi defixa medullis  
Hæreat aterni lex intemerata parentis  
Sed flamma facile alta petunt, declivia fluctus  
Ducebat uirtutis amor, stimulabat honesti  
Cura simul: laudisque decus, fastigia natum  
Summa sequi, vires animo natura secundas  
Indulgebat, opem nec tum fortuna negabat  
O quoties nec lingua capit nec pectora felix  
Ingenium, felix magna uis mentis, ad omne  
Nata decus, felix animi prudentia, felix  
Quicquid inest utrumque uiro: quibus attigit astris  
Grammaticen, comitesque duas, numerosque potentes  
Mensuras, uocumque modos, calique meatus  
Ille etiam iuris nodos decretaque legum  
Discussurus erat, et sacris tradita chartis  
Magnorum monumenta patrum, secretaque rerum  
Natura complexa sinus, uotoque potiri  
Fas erat, et claria titulos meruisse corona,  
Ni superi ad maiora uocent, summusque Sacerdos  
Patribus adscribat lectis, sanctoque Senatu.  
Versatur, quo summa loco quo cardine rerum  
Humanique decus generis, uix prima notabat  
Pubentes lanugo genas, poteratque timere  
Indolis ignarus, et tantum conscius aui  
Ne tanto non par oneri succumberet etas  
Iunior illa quidem sed laui cana uigebat  
Mens puero: cani tenero sub pectore sensus.  
Talis Amyntiades (sacra sit miscere profanis)  
Nicomachi sub prole puer post fata parentis  
Medica pelleis subiecit terga flagellis

De ANDREAE DACTII

Non animos sublimis honos, non fastus inanes  
 Extulit: aut oblita sui clementia mitis  
 Parque animo uultus, sermo, cultusque modesti,  
 Tum mores gravitate hylares, tristisque uenustas:  
 Et quod ames gravitas, & quod uenereris habebat.  
 Et pudor, & tenera quales in uirgine sensus  
 Indole non alia sublimis ab aede palati  
 Scipiades, duros armis pacauit Hiberos  
 Hannibalem Latij diuulsum dispulit oris  
 Punica Romulea submisit colla securi.  
 Tum diuina sacri repetebant carmina uates  
 Venturaeque decus maturo tempore laudis  
 Et decantatum triplicis diadema corona  
 Munera lata sacri titulo celebrantur honoris  
 Fit plausus, gaudentque patres, gestit quae inuentus.  
 Certauere senes pueris. Victoria nutat  
 Letitia, nec Roma sua concedit alumna.  
 Interea placida temerato federe pacis  
 Impia turbatas discordia dispulit urbes  
 Gallicaque Hesperys immiscuit agmina terris.  
 Prima mali labes Romana sede potitus  
 Cantaber; inde furens cacusque cupidine Regna  
 Insuber admotis poterat tamen artibus ulcus  
 Molliri, uinci que dolor, sensimque repressus  
 Sanari. si docta manus, si lene uenenum  
 Ferret opem, magni sed enim praeuerrere Regis  
 Consilium, mentemque nefas, concesserat olim  
 Parcarum in leges genitor tuus, una salutis  
 In tantis spes una malis medicinaque rerum  
 Qui foret. inspecta meditatius fulchra ruina.

Qualiter egregius celsa de puppe magister  
 Astra procul, uentosque truces, tumidasque procellas.  
 Prospicit, & nutu uelorum temperat alas  
 Intentos uoluens oculos, fragilemque carinam  
 Per scopulos, per saxa, regit, portuque recondit.  
 Si cadit, ignarusque subit, clauumque gubernat,  
 Inter turbato summergeitur aquore classis.  
 Dissensere duces, & qui seruare propinquam  
 Nixus erat, uitam pariter Regnumque suosque  
 Amittit, partoque dolis male fungitur alter  
 Imperio: atque utinam solos fortuna nocentes  
 Vltima foret: periire grauis sub mole ruina  
 Infantes fontesque simul. Quid conquerar? aut quos  
 Incusem? nec culpa latet, ueniamque meretur.  
 Iudicio fortuna tuo, per tela per ignes  
 Transiit in Latias Aeneas Pergama terras.  
 Tot terra tot passus aqua, uix quatuor actus  
 Penelopen lustris sollers inspexit Vlixes  
 Expertus quid bella queat, quid mōstra, quid unda.  
 Inuidia Patriæ depulsus sede Camillus  
 Reddidit ingratis obsessam ciuibus arcem.  
 Quid multis manifesta sequar? iactatur acerbis  
 Casibus, & fuluum tanquam fornacibus aurum  
 Excoquitur. quicumque petit maioribus altum  
 Auspicij, populiisque parat miranda futuris.  
 Respice legisferum per mille pericula Moſen  
 Iussa Palestina confinia tangere terra.  
 Dilectumque Deo fidibus Dauida canoris  
 Extorrem tam multa pati, sceptroque potitum  
 Temporibus Solyma diademata iungere uita

Te quoque collapsi sanantem uulnera secti  
 Calicula uoluere premi, rebusque secundis  
 Expertum, uarys durare laboribus altum  
 Pectus, ad ingentis sublimia pondera molis.  
 Hinc urgente die latibus discedis auitis  
 Cognat aequae petis ingentia mania Roma.  
 Tum uero patuere animi sublimia magni  
 Robora, parque sibi cauta sollertia mentis  
 Semper, & a nullo pectus uiolabile casu  
 Et maior, quam quae possit constantia uinci  
 Conatus Fortuna tuo, non lata superbum  
 Non humilem uidere feris aduersa procellis  
 Perpetuus sed enim uita tenor, omnibus idem  
 Casibus; & nunquam (quantum res ipsa sinebat)  
 Dissimilis. quam larga manus facilisque petenti  
 Munificos superabat auos, nullique negatum  
 Tecta sacra celebrare domus, dapibusque potiri  
 Hospitioque frui, patria seu foedere gentis,  
 Seu magis multifida titulis & iure Minerva.  
 Accedebat ad hoc lati praestantia uultus,  
 Nec minor officij meritis, & mole uoluntas  
 Promptior, & uoti uelocius impete factum  
 Iis aliisque animos hominum sibi dotibus actos  
 Conciliabat Amor, teque ad suprema uocabat.  
 Iamque adeo Medices generis splendore superbum  
 Nomen in unius ulnis, gremioque uigebat  
 Romanos inter procures, penitusque latenti  
 Consilio superum, quod mox effudit in auras  
 Parturiebat opus, quamuis premeretur iniquis  
 Ponderibus, cœu palma caui sub fornice saxi

Incrementa capit, duri mox robore Trunci  
 Nixa solo, tandem superat, lapidemque prementem  
 Perforat, & letis spatium in aera ramis.  
 Ipsa quidem primo tardum fortuna mouebat  
 Lenta gradum cohibente Deo, tacitisque coquebat  
 Fornitibus tanta latitantia semina molis,  
 Donec ad extremum subeuntibus ordine rebus  
 Peruentum, formaque decus digesta recepit.  
 Materies, salis genitili crescit in aruo  
 Arcanis genitur a modis sensimque resumtis  
 Viribus, humanos apte formantur in artus  
 Maturusque suis procedit mensibus infans  
 Nanque a Parthenopes casu, Capnaeque rapinis  
 Vsque sub Adriaca miseranda cadauera pugna  
 Ocia priuata licuit traducere vita.  
 Ast ubi per varias clades, Martisque ruinas  
 Conuersis regum studiis tentauit Iulus  
 Victores itala Gallos depellere terra:  
 Cura datur magni magno tibi maxima belli.  
 Humani quod iuris erat, mentisque manusque  
 Confectum, vires animi, prudentia, uirtus,  
 Nil reliqui fecere sibi, & si certa daretur  
 Vincendi spes, certa fuit, sed plurima belli  
 Sors habet, & dubio pendet uictoria casu.  
 Obduccere diem nebula, dirumque refugit  
 Sol scelus, & maesto praesepit lumina calo:  
 Cum dammata fera miscerent praelia dextra,  
 Orabies, cecusque furor. Qua gloria tanti,  
 Quae sceleris merces? probat exitus acta profecto.  
 Viderem, uicisse piget, uictumque uicissim



Tristis agit, trepidatque fuga multosque per annos  
 Parta cruore suo campos urbesque relinquit.  
 At tibi cara deum magnorum maxime patrum  
 Alma dies statura redit, vinclisque solatis  
 Tecta subis Patria, qua te fortuna premebat  
 Gallorum mutata fouet gremioque receptum  
 Attollit super Astra potens, sic paruulus infans  
 Exiguus furtim spacijs adolescit ad annos  
 Pubis, & incerto spectantes decipit aucta.  
 Ast ubi maturo iam tempore forsior aetas  
 Ingruit; ingenti subito ferit aera salen:  
 Ductile ceu festo subcrescit pagma Theatro.  
 Namque senex medio rerum certamine terras  
 Deserit: & superis concedit Iulius Aстрis.  
 Conueniunt proceres, & tanti quaritur haeres.  
 Imperij diuersa trahit sententia patres.  
 Hos ruga, canique mouens, & serior aetas  
 Mos alios, seriesque gradus, nec defuit artha  
 Cultor amicitiae: quem publica causa moueret.  
 Privati quem cura boni, quos iuridamorsus  
 Consulitur, sed quis magno successor Iulio  
 Dignior aut melior quam quem sibi legit Iulius.  
 Ante obitum & quaquam uix dum maturus honore  
 Esse putaretur spectantibus acta parentum  
 Ambigitur, missi suntque senes, haec expro mouentur.  
 Ecce autem subito mentes inuasit ab aethere  
 Spiritus: & cunctos eadem ad suffragia uocat.  
 Pontificem patria primus te uoce salutat  
 Primus adorata cinis, dedit oscula plantae.  
 Pronus huius proceris, sequitur uenerabilis ordo.

Certatim, folioque locant, faustumque precantur.  
 Qua nunc Calliôpe? Quis nunc mihi carmen Apollo  
 Suggestat? & quantos hominû non concipit haustus  
 Ponat in ore sonos? o magni conditor orbis  
 O rector, quem nulla latent, immensa potestas,  
 Dexter ades, met amque rotis adsisce petenti  
 Curriculo, tumidis duce te se credidit undis  
 Cymba tua rursum tutos petit alite portus.  
 Admiranda sacra referens praeconia dextra  
 Qua nostri uidere oculi, qua cominus ipse  
 Tractauere manus, nec lumine segnior auris,  
 Spargitur Europes ex templo fama per urbes  
 Ocyor, & uarijs populos rumoribus implet,  
 Ingens letitia mixtus stupor, unde senatus  
 Prætulit senibus iuuenem, quæ tanta repente  
 Præcipites momenta patres, quæ cura pauentes  
 Impulerit: longam tanti spem ponere regni.  
 Tamque alias alius pro captiui mentis, & æstu  
 Pectoris, in medium causas proferre laborat  
 Nequiquam, sed nulla coit: ni sola uoluntas  
 Illius, qui cuncta mouet, qui cuncta gubernat,  
 Arbitrio digesta suo, mirantur, & alta  
 Non dubiam spem mente fouent, operat aque lapsis  
 Rebus opem, meritis uenerantur numina uotis.  
 Nec fauces concepta premunt, plausuque secundo  
 Inclyta magnanimæ resonant insignia gentis,  
 Quamquam autem letis strepat undique uocibus orbis,  
 Romanæ quacunque pedum non despicit Aula  
 Vna tamen longe magno discrimine uincit:  
 Letitia cunctis, quæ magis Florentia gestic.

*Publica priuatis certant spectacula ludis.*  
*Per multos celebrata dies caloque tepente*  
*Densa coronata cinxerunt compite flamma*  
*Tum festo clamore chori lituique, subaque*  
*Fumiferas uarijs implent clangoribus auras*  
*Atque ita non ullo pariter discrimine cunctos*  
*Cernere erat gestire animis: ceu duceret ipsis*  
*Quasitum tam grande decus, solisque uoluptas*  
*Parta foret multos uotis optata per annos.*  
*Hos animi motus dispar fortuna docebat*  
*Non dubia ratione pares pro uiribus omnes*  
*Diuitibus certauit inops uulguisque senatu*  
*Nec uinci nec uincere erat uox lata per omnes*  
*Vna uias repetita frequens causa Sydera pulsat*  
*Præcipue quæ se Medices fulgentia tollunt*  
*Excelsæ monumenta domus, caloque minantur*  
*Hæc properant in tecta greges inuennumque senūque*  
*Agnatæque manus fratres uno ore salutant*  
*Gratanturque tuis tum mobilis agmina uulgi*  
*Cum clamore ruunt & Sydera uoce fatigant*  
*Lata mero, dapibusque nouis, nummisque superbo*  
*Effusis, rebusque alijs, concurritur æri*  
*Impete. & in medio surgant certamina plausu*  
*Dona sibi dum quisque cupit coniecta, rapitque.*  
*Interea multos tacite sermata per annos*  
*Monstra Deum, & tante iam pridem conscia molis*  
*Sacrorum in medium referuntur carmina uatum*  
*Iamque aliquis nigra per longa silentia noctis*  
*Audit as memorant uoces sortitæque tandem*  
*Verba fidem quamuis multo iactata periclo.*

Insomnis hic uisa canit, solioque sedentem  
Pontificis Medicen sceptrum utraque potiri  
Ille canit uisos sub lumina Solis Et ortum  
Instar Apollineæ rutilantes lampadis orbes  
Phœbeo prodire sinu. Caloque uagari  
Rosida qua croceos Aurora effundit amictus.  
Ast alius magni qua tenditur area templi  
Lucis aut medio cultu canisque uerendis  
Fatidicum uidisse senem manifesta capentem  
Signa, domi qua mox Medicem congressus aperte  
Viderit impendens capiti fulgore corusco  
Pontificale decus, sacraque insigne corona  
Perstrictos tum luce oculos, pectusque pauore  
Attonitum, nullisquæ diu mox artibus usquam  
Quæsitum tota urbe senem potuisse uideri.  
Tum qua nocte frequens inuasit mania rumor:  
Præscius instantis, quarti uix conscia Veris.  
Pontificem crebro Medicen clamore puella  
Suetæ, remulcenti fertur dixisse parenti  
Nunc uirumque est, cras mater eris, mirantibus alter.  
Hactenus a prima referebat originasatum  
Dicta, fidem rebus tandem sortita per actis.  
Attollunt curæ uoce manus, diuinumque saluant  
Numen, Et æterno grates meminere parenti  
Nec minus accepti tunc primum muneris orant  
Lætitiæ, placideque frui longumque potiri,  
Atque ea dum læta celebrat Florentia plausu  
Quæsitæque diu manifesto numine pacis.  
Spem fouet exacti repentes uestigia seclæ  
Roma suo pariter meritos addidit honores.

Pontifici, & uarijs geminat spectacula ludis.  
 Qualia post Getica miserranda exempla ruinae  
 Ipse sua nunquam prospexit ab arce Quirinus,  
 Exeruit medio flammam caput Albulæ cursu  
 Aemula Caesaris miratur gesta triumphis.  
 Tum pater armis omni compestens limina templi.  
 Omnia Romulidæ fas est sperare nepotes  
 Hoc duce Ianus ait, quicquid prior attulit ætas  
 Egregium, Decimus renocabunt secula Leonis.  
 Nam uelata natura uirum collegit in unum  
 Semina uirtutum generi communia uestro.  
 Sic uires fortuna dedit, rebusque gerendis  
 Lata pares indulxit spes, si copia tantis  
 Par animis datur, ulla, tamen iam certa laborum.  
 Spes homini, iam certa salus, dæque marique.  
 Vos modo contractum ueteris caligine sæculi  
 Expurgate nefas, paribusque assistite uotis.  
 Auræ falsiferi redierunt fauilla Regis.  
 Talia dicenti tetrica arrisere sorores.  
 Celicidiumque manus, laeuum fulgore torusco  
 Intonuit pater omnipotens, Tritonia iussis  
 Audis, & Odrysio molitur uincla tyranno.  
 Qualia benignæ thalamo perpeffus adulter  
 Cyclopium perfectæ manu, siculisque caminis:  
 Excussæ armatas animis Cyllenius iras.  
 Lucidion pulsus effluxit nubibus æther  
 Protinus & leto strepuerunt omnia plausu.  
 O magna stirps sacra domino generosa propago  
 O Latium, Thusciumque decus, gemis undique celsæ  
 Admotum, quis nescit enim belloque, Togaque

per tot ducta viros Medices praemia gentis  
 Vrsina quem fama domus, quem gloria nulli  
 Non audita latet. Qua litora pulsat in orbem  
 Doris. Et immixtis tellurem diuidit undis  
 Non ego te (quamuis isto quoque nomine miror)  
 Felicem ueterum memorem uirtute parentum  
 Tanta tibi, tam multa suo conceffit alumno  
 Aeterni uis summa boni: te matris ab alio  
 Mox puerum sensimque uiris adscripsit adulescenti  
 Mirus ubique tibi uita tenor: altior annis  
 Praefidioque ductuque eodem: tot signa, tot olim  
 Visa modis, maiora datis uentura notantur.  
 Sic ubi Cardini titulis admisit honores:  
 Nobile tergeminae pactus Diadema corone  
 Tot monstris, signisque dedit: per tela ignes  
 Experto, nec fatis modum posuisse uidentur,  
 Nescio quid, sed maius ad huc promittit Olympus  
 Pontificis solio, si quid tamen altius offert  
 Humanamque caput sublimius inferis astra  
 Nempe minor Cyro, Xerxes, maiorque Philippo  
 Filius, ipse suo Caesar concredit altumna  
 Quid tua Pontificum prohibet superare priorum  
 Gesta decus? superabis enim sperataque tangam  
 Te duce summa petent rerum fastigia mytha  
 Rursus Et antiquo ponetur cardine Roma.  
 Huic Eurys, Zephyrusque dabit Boreasque Notusque  
 Colla iugo: Pronusque sacra feret oscula Plantae  
 Quisquis Apollineae fruitur detredent laeuae  
 Impia Tartareae latitant monstra, peragant  
 Ibit auaritia passano sitis, ibit hordium

Ambitus. & semel laevis Stygis aditus alius  
 Occidet insane mentis furor. occidet amens  
 Luxus. & ingrato mentosa superbia fastu.  
 Saeuus Hyperboreo tabescet carcere Maurs.  
 Iura, fides, pietas, positis reget omnia telis  
 Vna fides, unus pastor, lex omnibus una  
 Adice dimini praeter miranda fauoris  
 Signa, fidem multis iam dudum naeta periclis:  
 Humana quoque sortis opes nam Iunior etas  
 Sufficit, & rebus vires & tempus agendis.  
 Adde duas fratres clarumque ex fratre nepotem  
 Concordes animas summique aequot a tonantis  
 Pectora consilys: quorum iustitiis uni  
 Non pauidus magni fremitus commiseris orbis.  
 Hinc quoque tantarum certa spe sumere rerum  
 Fundamenta licet, caloque astollere molem  
 Vix bene Romana solum te ceperat Aule  
 Aspera. Sithony posuerunt classica Martis.  
 Aduersaque suis amibus caedere Phalanges.  
 Et tumidas Gallo dextras iunxere Britanni.  
 Denique pace frui per te conceditur omnes  
 Authorem te pacis habent. Tu reddis honori  
 Deiectus olim praeeres. Tu si quid Iulus  
 Consuluit grauius releuas. Tu cruda Iacentis  
 Vulnera, tu laceras fomentis molibus artus  
 Ausonia mulcens reficis: reddisque saluti.  
 O veri pastoris opus, tu rapt a luporum  
 Fancibus extorques umbrosa pascua nallis.  
 Saluigenumque pecus patrijs exorsus ab aris  
 Clara reformanda passim primordia terra.

O uera pietatis opes, o uera parentis  
 Officia, hic cultus sacris, hac debita mystis  
 Religio, qui seruet oues praeponere. non qui  
 Pendat, & ignara uescatur sanguine mandra.  
 Qui bona quae fieri mandat prior egerit. idem  
 Dictator, factorque operum quis clauit atas  
 Prisca uiris. nostra florecent sacula mita  
 Te modo Mortales inter qui summa tenere  
 Iussit: ut inferno confusi turbine Mundi  
 Rursus in antiquam referas simulacra figuram.  
 Capta sequi, studioque uelit, metaque potiri  
 Sed uolet atque adeo uoluit ni uelle recuses  
 Quae cupis, & uultu pariter dextraque fateris  
 Perge fauent superi. tua post uestigia laetus  
 Orbis abit, nec sola sacri ducis Italia tellus  
 Sensit opes: Aedificasque manus, magnumque salutis  
 Authorem, supplex auidis complectitur ulnis:  
 O quater, & quoties animus non concipit, illos  
 Falices, tantorum operum quos Sydera testes  
 Esse uolunt. interque manus tractare superbum  
 Regis opus, me fata meis contraria uotis  
 Cominus ingentis trepidantem fulgora lucis  
 Stare uetant, limbumque sacra contingere uestis  
 Te tamen absentes animo mentisque uidemus  
 Obtutu, fruimurque tua dulcedine fama.  
 Implentis terraque globum, pelagusque, polumque  
 O mihi si qua pius audias numina uoces  
 Quis deus ancipitis pulsa caligine morbi  
 Quis dabit in solio propius sublime sedentis  
 Oscula adorata cupido suffligere plantae?  
 O, ego quansus ero, Lachesi tam longaue super sine



Lina diu tanto liceat dum munere fungi.  
 Tunc quoque dulce mori, ueniet felicior unquam  
 Illa dies? nemet, magnis nec cedere uotis  
 Spes didicit, rapidaeque minor succumbere menti.  
 Et iam Romana uideor Nocturna in aula,  
 Dulcia uel patria uisantis mania terra,  
 Ante sacros astare pedes: somnoque salutus  
 Do ueniam Mycille tua mihi confectus ira:  
 Immemorem quo ducis amor? Quae certa quadrigis  
 Meta datur fessis? Finem iam pone labori  
 Musa tua, neque enim numeris comprehenderis ulla  
 Tam clarum, tam grande decus, nomeque genusque  
 Carpathio citius numerabis in Aequare fluctus,  
 Turbatas uento Libya sitientis harenas,  
 Sydera flammifero passim rutilantia calo,  
 Dona quater magni referas quam stemmata Iani.  
 Quid Leo, quid decimus, Medices quid sanguine Flo-  
 Sic uisum Rex summe tibi qui robore dextra (ra  
 Cuncta tua digesta regis, referasque, serasque  
 Aeternis frata consilijs, terramque, polumque  
 Omnipotens uis, mens, et amor tibi gloria soli  
 Qui depressa lenas, premis ardua trinus, et unus:  
 Pace diu, donisque tuis concede potiri  
 At tu quem summa rerum deus arce locauit  
 Et cali concessit opes hominumque salutem  
 Salue sancte parens lapsis spes unica rebus.  
 Certa salus, ter quina datus post sacula Terra  
 Maximus Armigena saluator origine Flora,  
 Salue iterum, felixque orbi, patriaeque, tuisque  
 Haeredem magni referas Augustus Iuli.

FINIS.

Sylva.

Sic mihi Calicolas inter contingat onanti  
 Sydereos penetrare globos, terraque soluto  
 Nexibus aeterni thalamos celebrare parentis,  
 Ut ductu mea vota tuo nutuque reguntur.  
 Non secus ac tumido navis commissa profundo,  
 Quisquis ab Aeolij consurgens carcere saxi  
 Ventus agat, dubios incerta per aquora fluctus,  
 Vocibus & cauti regitur temone magistri.  
 Saepè graves scopulos, & saxa latentia Ponto  
 Offensura, pia cessent si munera dextra.  
 Sic quoque praecipitis nondum secura procella.  
 Quippe sequente prior fluctu colliditur unda,  
 Exertisque furens confunditur aestus harenis.  
 Iamque ratis laxa laterum compage fatiscit,  
 Inter aqua, noctisque minas, calique ruinam.  
 Tum quassata diu, votisque petita, quietis  
 Terra fugit, nusquam gemino cum Castore Pollux.  
 Arrisit laeto mihi dum Rhamnusia vultu.  
 Tu monitor, ductorque via, fidiſſimus idem.  
 A duersis presso, rector, portusque, salusque.  
 Te duce ferales atra caliginis umbras,  
 Et consanguinei certamina dura furoris  
 Quam longum, qua mente tuli? noctesque diesque  
 Fraude, manu, hinc illinc nulla non arte petitus.  
 Undecimi Lachesis prope fila nouissima lustris  
 Torquet, & incerti propius subit exitus ausi.  
 Perstat, & inuisa geminatis ictibus ira.  
 Senectus documenta sua fortuna retexit.

*Ergo fatifcentem senio uentisque carinam  
 Destitues, tumidis sollers Palinurus in undis  
 Ni male te, mentemque tuam, tot nouimus annos,  
 Seruatum toties, iterum seruare iuuabit.  
 Debentemque tua pridem quam plurima cura,  
 Plura libens debere tibi patieris eundem.  
 Quem diuersa trahunt geminarum iura sororum,  
 Ancipitem, neutraque parem, sed utrumque coactum  
 Hinc domus, & soboles, & uincti cura iugalis  
 Urget, & harentem rebus committit agendis.  
 Lucis egens illinc, & iam graue corpus ab annis  
 Ocia, & ignaua trahit ad subsellia uita,  
 Quod neque Saturni miserum non duxeris auo.  
 Cum uestes, alimenta, casas, communis ubique  
 Sponte dabat, nulli tellus abnoxia culpa.  
 Cum pudor Astrea, cum Pax comes iret Amori,  
 Cetera ne referam peioris secula uena,  
 Argenti signata notis, aut aere uel ipso  
 Extremum scelus, & rerum deterrima ferro.  
 Quam bene compositis censes me degere rebus,  
 Hoc aui morumque fimo. uicinius auro,  
 Accedit, fulgetque rudis mage lamina ferri,  
 Consonet extremo quam scoria nostra metallo.  
 Nam licet ingenij uis & facundia uatum  
 Ageret antiqua scelerata piacula culpa,  
 Prisca reformidant nostros exempla cothurnos.  
 Aspice quam late magni patet area mundi  
 Qua Notus et Boreas, Zephyrus qua spirat et Eurus,  
 Tot populos terra, atque mari, tot regna, tot urbes,  
 Sicubi, quos hominum uideas, quot uiuere uitam  
Sana*

*Sana Hyperionia non passam pecula Circes,  
 Accubere omnes Aëæ ex ordine mensa,  
 Atque Ithacus pleno primus se proluit auro,  
 Post alij proceres, & cum structore bubulcus.  
 Quippe ducum mores vulgus sectatur & artes.  
 Sic tibi pollutis abrupta per ardua uenis  
 Eiaculantur aquas, & uortice torta furenti  
 Corripiunt steriles torrentia flumina campos.  
 Forsen ad hæc aliquis, sumptis nugare cothurnis  
 Fortuna grauiore premi, qui protinus idem  
 Lentior, externa spatiaris in aggere noxa.  
 Menti ar, & nil sint nostra nisi uerba querela,  
 Vel magis aeterni certa si lege parentis  
 Sic statim seruanda diu, mens æqua labori  
 Consurgat, pugnaque pares in pectore uires.  
 Publica priuatas uincant neu uulnera curas,  
 Ad mala cuncta tacta torpedine sensus hebescat.  
 Tactato uarij cui nunc discriminis æstu  
 Multa licet scabidis crudeſcat pustula membris,  
 Visceribus tamen atque imis calor ossibus hærens,  
 Tristia conspici prauertitur ulcera morbi.  
 Ut senes multo superantur ab igne lucerna.  
 Nactis. A pollineis concedunt Sydera flammis,  
 Obducenda breui subit hinc utcumque cicatrix,  
 Illinc horrifici suprema pericula belli.  
 Videra, mincla, cruces, raptus, incendia, mortes,  
 A dextra læaque patent exempla tuenti,  
 Quo circum fers cunctaque oculos, quas abluit ingens  
 Eridanus, quas Ticinus, quas Abdua terras,  
 Cui pestis, cui dira fames, gladius ne pepercit,  
 m*

*An sonidam? uel qua turritis mœnibus arbes*  
*Hostiles fugere manus? quibus oppida saxis*  
*Inuia Barbarico non concessere furori?*  
*Dum quibus ignoscit Gallus, succenset Hibernus*  
*Germanusque furens, quos non uiolentia pressit,*  
*Euiçti periere dolis, quos perfidus hostis*  
*Non astu, non ense ruit dementibus ausis*  
*Impia ciuilis fudit discordia dextrae.*  
*Iam medio uiret herba foro, stratisque uicinis,*  
*Squalidaque abductis sitis obruit arua colonis.*  
*Qua tamen unde petas dira medicamina pesti.*  
*Quem statuas, speresue modum, finemque malorum.*  
*Quippe grauis toto diffusus corpore languor*  
*Membra quatit, neruosque furens, & dura pererrat.*  
*Ossa lues, stomachoque caput contraria poscit,*  
*Paonia fomenta malus, torpente palato.*  
*Arentes lenta marcent lippedine fauces,*  
*Prona malos suctu facili sorbere liquores,*  
*Nauseat uisa rigens medicati ad pocula succi.*  
*Quid super ægroto referes Podalirius isto.*  
*Asclepiue parens potius, cui noxa futura*  
*Vt medico, uatibque, deique hominesque dederunt,*  
*An quibus Hippolytus superas reuocatus ad auras,*  
*Ditis erit compos tenebras euadere succis,*  
*An conata salus frustra seruare quiescet.*  
*Nil necum sibi Phœbus ad hæc, i Consule fratrem.*  
*Cum patruo, dux hicce uia, Rex ille futurus.*  
*Coneractos habitus, & longo temporis usque*  
*Concretas animi labes, scelerisque nefandi.*  
*Natura sortita pares contagia uires.*

Corporeis leuiora malis morbisque putemus?  
 Ah miseros ne tanta homines insania perdat.  
 Quandoquidem ueterum series Augusta uidentur  
 Continuoque noui subeuntes ordine uulgo  
 Conclamant uates, & nostro maximus aeo  
 Aemilia Sol ille recens, & gloria terra,  
 Quas Italici scelerum pœnas quantasque minatur.  
 Ille nec extrema quenquam discedere sortis  
 Intactum, mediaeue tulit, non ille superbis  
 Pontificum, regumue notis indulgit iniquis.  
 Impia dum Stygi cedit portenta Tyranni.  
 Nunc si quando alias late terraque marique  
 Imperio populos, humanaque corda prementis.  
 Nec dubijs ea monstra datum cognoscere signis.  
 Ius positum in gladijs, & quæ sibi posse uidetur  
 Quisque licere putat, nulla reuocabilis arte.  
 Et semehopoti concrefcit tæbe ueneni,  
 Vt qui saxifica, uiderunt ora Medusæ.  
 Vel conto Stygiam iam tranauere Paludem.  
 Atque equidem haud uideo, quæ nam ratione tueri  
 Possit in aduersum tendens, si iure probamus  
 Perpeffos eadem quondam, & sentire professas,  
 An lingua mores pugnant, doctrinaque uita?  
 Exterius nihil est, hominem adamare quod ausis.  
 Interiora notas. Regi modo cogit a summa?  
 Quæ tamen in melius referes, cum plurima cernas  
 Prescriptæ fines intra contingere meta.  
 Affectus grauitè metuens, grauiora querens?  
 Admonitus? quo confugias, quæ limina pulses,  
 Vnde tibi pacemque petas, finemque malorum.

Cui nullam tua vota feras passura repulsam,  
 Idque adeo quamuis generatim spectet ad omnes  
 Hesperia, quacunque patet, populosque, ducesque  
 Ut tamen intorta ferendum cuspide signum,  
 Tybrim & Etrusca meditullia respicit ora.  
 Namquam ait incesto fedantē hunc cuncta ueneno  
 Ni comissa fleat, quo desperare fatetur,  
 Ni patrios reuocet cultus, moresque parentum,  
 Extremas multo pensurum sanguine poenas.  
 Expertum quodcunque mali quodcunque tremendi,  
 Ingemit humana misera tragoedia sortis  
 At tibi cara poli ducibus Florentia summis  
 Ut pro Iustitia cultu data meta laborum.  
 Sic certa ratione boni spes ampla futuri.  
 Prima renascentis iactura exordia mundi.  
 Et duraturas aeterna in secula reges.  
 Multaque praeterea septem digesta per annos  
 Humanis maiora modis, unique profecto  
 Nota Deo, & summi penetralibus adita cali.  
 Sed quorum manifesta fides, cum plurima cernas  
 Praescriptas seruasse uices, finemque, modumque.  
 Vnde putes eodem superest quodcunque mouendum.  
 Compositus placita si pace quiesceret orbis  
 Totius, & ignauas mollirent ocia gentes.  
 Marte triperita quid cum fremat aera terra?  
 Et iuuēs insueto dextras accingere ferro?  
 Quis tamen heu caca pressas caligine mentes.  
 Utque pecus promo terram spectantia uultu  
 Lumina, consemptis aeternae sedibus aula.  
 Et quoties huc oculos intendit? & afficit omni

De numero, & uerum cupidis amplectitur ulnis?  
 Forſitan ignoſcas longe de gentibus ad quos  
 Raras & ambiguſ rumor deuoluitur alis.  
 Eſto Aſia populos, & quas alit Aſrica gentes  
 Excipe, & Arſacidum parentia regna Tyranno.  
 Dū Tagus, et Rhodanus caleat, dū Rhenus et Al-  
 Hiſter & Oceani, quos alluit unda Britanni. (bis  
 Atqui longe abſunt, utinam quoque longius abſint.  
 Tuque diu tot preſſa malis Oenotria tandem  
 Agnoſcas caſusque tuos, cauſamque, modumque.  
 Quasque dedit rationis opes Deus optimus, ipſis  
 Vt care, atque hominum degas non more ferarum.  
 Vnde memor, quorſumque uenis. quaque ire iuberis.  
 Sed uani monitus. cum deceptura relictos  
 Durities agit in tenebris, Iamque obruit unda  
 Attonitos, nec tanta mouent exempla propinquos.  
 At cane percuffo ueniunt ad frena Leones.  
 Quid facias homini? quem nec bona uerba, minaque  
 Non carcer, non flagra monent, non arma, nec ignes:  
 Conſilium quod nempe Iouis perfecit Achiuis,  
 Quem tibi apud dominum cenſes tam feda gerenti.  
 Eſſe locum? quiſquis monitis non flecteris ullis.  
 Iamque dies peiora nocens moliris & audes.  
 Conuaſat tabulata domus, cui proxima ſumant  
 Sed tu Deiphobi cum iam dedit ampla ruinam  
 Vulcano ſuperante domus, cum proximis ardes  
 Vcalegon, totaque uolant incendia Troia,  
 Securus ſomno indulges, uenerique meroque.  
 Pupillos uiduaſque alius circumuenit aſtu.  
 Hic primas a malores illi eſt, publica queſtu.



*Hi sacras mercantur opes, mercantur honores.*  
*Hic lenocinijs, stupris emit ille nefandis*  
*Prodigit hic quasita, recondit avarus & abdit.*  
*Iam raptis furtive pares, uel fœnore nummas.*  
*Nil refert male parta satis male perdere posse.*  
*Iam pridem tacuisse bonas innotuit artes.*  
*Virtutemque dari uitio: rectumque pudori.*  
*Et semire feri late contagia morbi.*  
*Vt uel cœnosa madeas humore lacuna:*  
*Ne furere insano sanus uideare furore.*  
*Hæc alias alius olim mihi nota uolenti*  
*Nolentique canit. uacuas sermonibus horas*  
*Dum damus, & tristis lenimur tedia uisæ.*  
*Quando hæc una meo superest medicina dolori.*  
*Nec certa illa quidem. agrescat cum sepe medendo*  
*Morbus, & ipsa malo uires fomenta ministrent.*  
*Incertis cupidi manibus tractata magistri.*  
*Quippe suo plerosque dapes condire palata*  
*Mos uetus, atque eadem diuersa pendere lance.*  
*Inde Dyonisijs Thrasybulo compar & impar.*  
*Tentat Aronea numeros pietatis Iason:*  
*Stulta Mechazarea referens exempla phrenesis.*  
*Quemque Themistocle alius uocat, ille Eysandrum.*  
*Aequat Aristidem uesano testa Cleoni.*  
*Quid refert figatue Solon leges ne refingat.*  
*Suadeat an pace prudens, an bella Pericles.*  
*Et quocunque placet, nunquam mediocribus usus*  
*Cliniades fatis faciles, deducat Athenas.*  
*Ciuica multiplici uersetur scena cothurno.*  
*Pertuleris dum non Pisistratus occupet arcem.*

Et Lacedæmonia suboleſcant pace Tyranni.  
 Inficias non ſanus eam, quandoque moueri  
 Me grauius: quid ni, mortali ſemine natus  
 Id patiar, tam multa diu tam dura reuoluens,  
 Publica priuatos cumulant ubi damna labores,  
 Tranſactis peiora malis inſtare tuenti  
 Euius, & certis grauiora pericula ſignis  
 Illinc præcipiti cingunt indagine montes,  
 Hinc mare contortis undas immiſcet harenis,  
 Cætera terrifico coeuntes agmine late  
 Hoſtiles cinxere manus, penuria clauſos  
 Haud iniuſſa premit, mentes pauor urget inermes  
 Diſſona Tartareis quatiens præcordia flagris.  
 Quod negat humani niſus ſpes ægra, ſalutis  
 Pandit iter, mitis inuicta potentia cæli.  
 Quid ſperare uetat? dum ſpe bene nititur acri  
 Dædalus, & curſum terras interque polumque  
 Temperat, incolumis Cumæis aſtitit oris,  
 Iræque minas euafit & arma Tyranni  
 At nunc ſumma petens nimium, nunc ima, profundo  
 Mergeris, incaſſum iactatis Icare pennis.  
 Ah nimis Icaris multus ne deuoret alis,  
 Et tanto quis enim numero, quotus agmine certo  
 Conſtitit et media ſubijs certamina pugna.  
 Ignoſcas, nimium eſt certa concurrere morti.  
 Quis non terga dedit, primo ſurgente tumultu  
 Martis? & explicitis nondum ſub ſigna manipulis?  
 Pugnabit ruruſum fugiens. Sapientius ergo  
 Tranſfuga, deſertis uitat diſcrimen amicis.  
 Hocce concipias naſciturum milite palmam

*Hannibal, & uaseri proles generosa Philippi  
 Auspicijs, & forte tua confusus, & arte.  
 Quid dicam procures, & prima nomina fama?  
 Ne mihi tam segnes uenient in castra catones.  
 I procul. aut sumptis bellare uiriliter armis.  
 Ergo tot aggestis uario certamine rebus  
 Paruus in immensum ne crescat circulus orbem,  
 Hac animi tandem fuerit sententia nostri,  
 Arbitrij statura tui, cessuraque nutu.  
 Cum metus, ambiguus, & spes circumuadet alis  
 Argumenta fidem faciunt transacta futuris.  
 Rebus, & implendum spes est ex parte peractum  
 Fatidicus pridem quo protulit ordine uates.  
 Dissimulas? aliena tuo sub nomine promiss?  
 Quod licet e medio tellas oracula (cernis  
 Si quis inest sensus uitae) si luminis usus  
 Undique multiplicis causas instare ruinae  
 An locus immutat uires? & robor a ueri?  
 Quodque nefas dirumque palam fas edere furtim  
 Non ita quem colimus dominus dominumque secuto  
 Praecipunt, uitam sed amant impendere uero.  
 Poenituit nunquam tacitum persape lodotum.  
 An Deus, an prohibent homines? si numina uinctae  
 Tendo manus, uerbum contra non amplius ausim,  
 Sin homines? quid non clamen, cui denique parcamus?  
 Vnde petenda salus, temere fugiemus inertes.  
 Iure in nos igitur ruit indignatio, iure  
 Plectimur, & spreta luimus commissa Thalia.  
 I licet a scatebris qui degener occubat humor:  
 Quem medio sperare licet cursuque supremo?*

Vos ego consortes, & conscia pectora uatis  
 Appello: morum testes rerumque suarum.  
 Quos canere ante tuba decuit, Quos tollere signa  
 Ah modo ne nimium segnes moueatis in hostem  
 Desertusque fuga contendat in auia miles,  
 Sanus adhuc tanto si quis tibi de grege restat,  
 Iam multi cecidere palam, uel nomine falso  
 Prodigiosa tegunt Stygia commertia uita  
 Extrema scelerum sordes, & crimina, tanto  
 Peiores alijs. quanto crudelior assis  
 Mustela, & Libycus tardo basiliscus Iulo.  
 Heu qualis tanto superat de lumine fumus?  
 Quis liquido de fonte latex? discrimina frustra  
 Admoniti, & uisos laqueos incurrimus. Ergo  
 Ferrum ignemque omnes alte diffusa per artus  
 Effera Tartarea postquam contagia pestis,  
 Quisque domi saltem Critias ne detur Athenis  
 Scilicet, & pura uenit ad donaria dextra.  
 Cui minus errandi tandem concessa potestas.  
 Qualis ego & populus. sed qui grauiora merentur  
 Ex leges, pressaque palam ratione furentes.  
 His uaser illudat Flaccus conuallat Aquinas  
 Acrior, & rigidi secet indignatio Persi.

### Sylua

**T**errarum pelagique uias expertus Vlissee  
 Helisiaeque domos, superas rediturus ad auras.  
 (Si qua fides magni placitis tribuenda Platonis)  
 Rustica Mopsopy complectitur ocia Telli.

*Tellus Vlisſei curſus & fata laboris .*  
*Hinc nunquam exigui fines tranſgreſſus agelli :*  
*Ille peragrazo longis erroribus orbe ,*  
*Vſque adeo offenſi noſtris aliena probamus .*  
*At mihi ne terras iterum poſt fata petenti ,*  
*Frigida Teſſeæ placeant commercia uita :*  
*Mœlia ſeptenis fluxerunt ocia luſtris .*  
*Extulerim Patrijs ægre ut uestigia ſeptis .*  
*Quamquam autem Aeolio luctantes carcere uētor ,*  
*Nec graui Oceani tulerim portenta furentis :*  
*Neptunique minas , nec fracta proditus alno*  
*Pendentes Siculo captarum gurgite ramos*  
*Aut Corcirea uelatus ceſſite frondis*  
*Nauſichæ teneros oculos & mitia corda*  
*Molſerim , toties patrijs reiectus ab oris .*  
*Non tamen eſt , cur me conſulti curſus Vliſſis*  
*Sollicitet : cupiamque uagus terraque marique*  
*Multorum mores hominum cognoscere & urbes .*  
*Longa ſatis rerum tribus experientia luſtris .*  
*Iactato tragicas inter ſine ſine procellas .*  
*Ne tamen infauſti toties diſcrimina fruſtra .*  
*Temporis , & ueterum refricem monumenta malorū*  
*Ne concretæ nouis repetantur uulnera telis :*  
*Id mihi Palladiæ prætura nouiſſima terra*  
*Præſtat , Vliſſei titulos ut deprecær aſtus .*  
*Illa quidem non ſorte loci non dotibus agri*  
*Exoptanda : auido ſed nec fugienda colono .*  
*Quippe Oleæ Corilique ferax & coctilis Vna .*  
*Fertilis , alternis mendicat : & affluit annis .*  
*Cumque choris uernet Dryadum , lentisque Napæis :*

Spicea Eleusinae refugit cuncta Matris.  
 Abruptis praeceps tumulis, & uallibus altis  
 Inuia: tum raro nympharum in gramina lusu  
 Panos & Incincta studiis male grata Diuina  
 Hic habitus faciesque loci ne singula late  
 Prosequar: & partes lentus diffundar in omnes.  
 Sed terram quamcunque feras siue ille beatos.  
 Latior Alcinoi facundet diuitis hortos.  
 Maesta nato steriles pluuiis seu fundat arenas.  
 Spectantem uario saltem discrimine rerum.  
 Ducit, & aduecta diuersi partibus orbis,  
 Tristia merce leuat effati damna coloni.  
 Nescia promissis non stare & fallere Amantem.  
 Quis nam autem Aeaea cantus & pocula Circes  
 Dirarumque ferat fadum genus Harpyiarum.  
 Aut qua Trinacry demergit in antra profundi  
 Scylla rates: sauisque canum latratibus haurit,  
 Quoslibet inuisos cultor facit impius agros.  
 Non mihi praecipites abrupto tramite colles,  
 Naiadumque nihil debentia cetibus arua,  
 Difficilem tristi stomachum: tumidumque perurunt  
 Bile iecur, neque enim fronti contraria praestant,  
 At uero molles uulsus & blanda Charybdis  
 Pectora, raptorum uentri commissa luporum  
 Cui placeant: saeuoque latens sub gurgite pistrinx.  
 Aut qua letali blanditur carmine Siren.  
 E quae suo alterius animos moderata Calypso.  
 Ne Lestrigonia referam crudelia gentis  
 Prodigia: & sparsas humano sanguine mensas  
 Antiphate: masturnumque fero Cyclopa sub antro:

*Mandentem viuos confractis ossibus artus,  
 Et quicquid tragico reboat sublimis hiatu  
 Melpomene Ogygias scelerum fastigia Thebas  
 Argo, & auerso damnatas Sole Mycenas  
 Lemnon, Achemenidas, Cholchos, Busirin, Tolchom  
 Et quacunque tenax sceleris monumenta nefandi  
 Calliope, Chloque refert: ab Origine prima  
 Vsq̃ue sub instantis portentæ nouissima sæcli:  
 Temporis exacti titulos reuocantis eodem.*

*Affice quàm late magni patet ambitus Orbis  
 Signa uides tacite properantis ad ultima fati  
 Hesperus Aëois longinqua per aquora terris  
 Imposuit leges, Italis Hispanus in oris,  
 Celtica perdomuit nocturno regna tumultu:  
 Maiorum transgressus opes & nomina Casar.  
 Parthorum Domino Tellus Memphisitica cessit.  
 Captiuus fluit Hister aquis, dat colla catenis  
 Alta Rhodos: fuso toties spectabilis hoste.  
 Hinc illinc aucta uires, animique minaces  
 Inter se diuersa fremunt, maioraque Parthis  
 Concipiunt, multa rerum latet exitus umbra.  
 Non tamen ut dubites sine ui sine Marte gerendum.  
 Vt qui Vere nouo, late specularus in agris  
 Triticeam ualido surgentem gramine messes.  
 Afferat ardentis rapido sub sidere cancri  
 Casuram ferro segetem, culmosque rigentes.  
 Quippe ubi pulsus amor, passim ferrumine nullo  
 Discordes animos, infidaque pectora iungit:  
 Priuatim sibi quisque sapit, sibi consulit uni.  
 Concusos sine calce putes subsistere muros?*

Cum uersum fas atque nefas: cum sacra profanos  
Præuerti, scelerum studio pugnantiæ cernas.  
Tot sordes Raphia tot fæda anigmata, fraudum  
Tot species, tot dira feri contagia morbi,  
Quod fieri post se non posse putauit Aquinas.  
Vicinus antiqui damnata piacula luxus.  
Quin & criminibus ueterum par addita sorti  
Appendix. Cum constet eo peccasse nepotes  
Egregius: quo luce magis spectante Theatro  
Turpe uirum fatui partes numerosque subire:  
Quam puerum, nullo sub teste, et noctis in umbra.  
Per Tenebras cecidere patres: in Sole nepotes  
At qui non totum capti mens carminis orbem  
Vellere: & in puros hominum præstringere mores  
Non molles. Asia ritus, Libyaue furores,  
Aut Europei contagia lubrica morbi.  
Sed quot a Piseæ signatur portio terra  
Non opibus non Marte potens, non artibus ullis.  
Armifera studijs oleo tenus apta Minerva.  
Quam grauis haud fessis circumdet noctua pennis  
Sæua cothurnata referentem monstra camæna  
Et quæ Mæonj celebrantur carmine uatis  
Propositum siue urget opus seu diuite cultu  
Discolor insuitur prætexta purpura tela.  
Nam præter Phrygios casus & fata Pelasgum  
Hic Nemeaque damnoque suo male fertilis hydra  
Cæteraque Herculeis portenta domanda lacertis  
Inuenias: Theseiue manu nec Tantalus usquam  
Ixionue aberit Lapithæque ferique bimbres  
Tum Paris Aegisthusque et Tyndaris utraq, matri



*Iuncta sua. Danaëque & cum genitore Calisto.  
 Adde his terrigenas Titaniaque arma secutos:  
 Praecipuum gentis vitium. Niobesque tumentis  
 Grande supercilium; & meritos Latoidas iram  
 Et damnata notis ueterum mendacia Creta  
 Quid? quod pollicitis, cum lege sacratius omni,  
 Stare nefas: Fideique pudor seruare pudorem.*

*Sylua*

**O**mnium prouecta mei lex abdit a fati  
 Quo tenebras trahis usque graues inopemque senectâ  
 Curarum qui Limes erit, quæ metâ laborum  
 Qui modus aduersis, quæ spes mihi denique saltem  
 Qui quando unde mali requies morbiue leuamen?  
 Altera bis senis accessit Olympias ætâs  
 Icaris occiduas ex quo prope lapsa sub umbras  
 Audyt. Erigones primis uagantibus orsum  
 Ad ripas pater. Arne tuas iam nocte silenti  
 Testari misera lachrymosa procumbit uita  
 Infantes etenim cunas dubioque sopori  
 Per similes olim studijs puerilibus annos  
 Quid refert. audita magis quam missa referre  
 Et tamen humana si quid natura labori  
 Indulset nostri pars incundissima cursus  
 Quæ paruo contenta diuque doloribus anga  
 Nescia: Latitæ præcordia laxet habenis  
 Sed neque nunc primos medios neque prosequar ætâs  
 Quos fors cumque dedit neteres renouare querelas  
 Mens fuit, & tristi cœcitate uulnera fixctâ

Nequiequam mollita diu cum dramatis anceps  
Exitus extremi nondum genus explicet actus  
Vt quacunque pedes circum prior egerit etas  
Altius homo uestigia puluere signet,  
Iamque fatis capiti lachrymas impendimus uni  
Afflictaeque domus fractis solatia rebus  
Muneribus concessa nouem numerisque sororum  
Procidus ut magno rerum mercator aceruo  
Tristia damnosae metuens discrimina Lethes  
Debita multiplici committit nomina chartae  
Cura Deo forsan praestante domestica possit  
Officium partesque suas tentasse uideri  
Quod doleat superest uelut agro in corpore si qua  
Vincitur hic, illic superat medicina uenenam  
Quippe ubi per totos pestis diffunditur artus  
Exigua frustra medicaberis unguine parti,  
Quis terram fulcire parat cum dissit a rimis  
Fundamenta labant, furor est intexere sepe  
Cum segetes populatur hyems, cum flamma Penates  
Sponte manus capiti minitantes suscipit ictus  
Natura monstrante uiam nidumque uolucres  
Defendant qua parte datur, piscesque feraeque  
Quos ratio natiaa iubet phas usque piumque  
Haremus dubiae patriam praeferre saluti  
Publicae primatis praepone rebus commoda  
At collo sarmenta ferens incognitus hosti  
Se pro Cecropys demonit Codrus Athenis  
Omnis in aduersos fureret cum Persis Achinos  
Non timuit cum rege manus Spartana periclo  
Pro cunctis offerre caput mortemque subire

Egregia Deciorum anima natusque paterque  
 Vmbrarum dominis & auari manibus orci  
 Vltro se Patria pro libertate dicarunt  
 Audituque semel tam longo temporis aeo  
 Viuis ad infernas descendit Curtius umbras  
 Armato sublimis equo non actus auara  
 Coniugis indicij regumque pudore minantem  
 Sed laudum & Patria magno percussus amore  
 Hiberni ne uagus torrentis more per omnes  
 Graiorum gentes & barbara deferat arua  
 An proceres Italos rursus Romanaque subdam  
 Nomina, Fabritios, Curios, Fabiosque, Philosque  
 Et cum Scipiadis Catulos, Paulosque, Drusosque, et  
 Publicus extinctos sumptus quos extulit, ut qui  
 Non sibi sed Patria magnos duxere triumphos  
 Consenti laudis titulis & paupere cultu  
 Iulia si confers molimina fumus & umbra  
 Becceseleni Saturnia pecmata caesi  
 Nam Brutos affine feris nomenque genusque  
 Quem proferre iuuat, uideant Thrascasque Catoque  
 Quandoquidem celebri tetricarum lege sororum  
 Hac quoque temporibus debetur gratia nostris  
 Vuat Aristippus si quis sapit utilis uni  
 Iucundusque sibi sententia Diacatonis  
 Nam mihi quid refert diues me paupere Roma  
 Diuite me pauper, nemo mihi iunctior est me  
 Scilicet hoc etiam diuo sedisse Platoni  
 Protagoras, Prodicusque feret contraria quamuis  
 Scripta sonant partem nostri cui uendicat ortus  
 Dulcis amor Patria qui nos genuere parentes  
 Nec

Nec generis nec sortis opus graue nomen amici  
In tenebris uidere senes noctisque per umbram  
Obscuri densaque inter caliginis atras  
Inuenere diem, nebulas, in Sole inuentus  
Caligat mediaque die caloque sereno,  
Vt non ulla oculis profunt medicamina nostris  
Nigra modebantur Lippo collyria uati,  
An non Phidomide maior coloquintide nostros  
Inuasit lipped, oculos non ille uidebat  
Montis ad obliquas surgentia nubila costas,  
Atque dum puro stellas cernamus Olympo  
Orbe latet plano nos Cinthia noctis in umbra.  
Iamque poli medio sol ardentissimus aesti  
Dic age Menemosynes stirps è pulcherrima tuque  
Graminibus numerisque potens arcuque liraque  
Qua Stygi de fece luti coenaque profundi  
Eruta tam dira labes contagis in auras  
Infelix miserum tectis caput extulit umbris  
Infecitque diem fœda caligine Ditis  
Eumenidum facibus Lernaque armata uenero,  
Ne uatum commenta tibi Titania ponam  
Terrigerumque minas ficta sub imagine ueri  
Effigiem, sed nuda grauis simulacra ruina  
Deiectus superis cali regionibus hostis  
Vt fuit in patrem fastus dominumque superbo  
Præten se cuiquam qui se debere negauit  
Sic homini liuore furens ad summa uocato  
Quo minus amissa prauertat munera palma  
Obstat & insidis & aperto Marte resistit  
Vsq; uigil nec nocte graues nec luce remittit

Excubias casus motusque intentus ad omnes  
 Inque suas constans aliena incendia poenas  
 Tantum odio tantum inuidia concedit & ira:  
 Sed tamen humana vis est ea mentis, & illud  
 Roboris aeterni concessum lege parentis  
 Ut cogi non arte queat non viribus ullis  
 Ni dederit male sana manus iurique voluntas  
 Cesserit, ipsa suo generisque oblita decori  
 Dicteo licium ferro mutauerit aurum,  
 Ut qui praecepit munitam uertice saxi  
 Quo neque tormentis aditus nec fraudibus, artem  
 Infidus ni mentis inops spe muneris hosti  
 Infelix prodit custos urbiq; sibiq;  
 Cum uictus fidaque manus ualidaque supersint:  
 Quippe sibi similem factum tantique redemptum  
 Ne pluris quis ferre queat regnator Olympi  
 Sic hominem certis uoluit sub legibus am  
 Libertate frui meritis poenaeque patenti  
 Corpore quem molli somnus quem tristitia latis  
 Mixta trahunt prouum ueteris contagine labris  
 Inuidiaque furens ingrato cum gurgite dactor:  
 Tam uaria pestes diri tam monstra Tyranni,  
 Nec mora nec requies quin bella domestica aerecent  
 Externa ue acies strepitusue Acherontis auari  
 Mille modis ni fraude petas blandusque minaxque  
 Tot quisquam conferre manus & tendere contra  
 Audeat, effugiumque aliquod sperare salutis:  
 Tam multis ualidisque simul circumdatus unus  
 Parce metu, neque enim inuitus superabere, sed tu  
 Define uelle Dei praecepta secutus & auram

Egregium fracto referes ex hoste triumphum  
 Non astu gladiome potens, sed pectore firmo  
 Sed fidei sed spe sed amoris concitus æstro.  
 Talia nos opifex rerum rectorque paterque  
 Poscit & exiguis nostris sua magna rependi  
 Nam quos aspiciens ultro prauernit eosdem  
 Prosequitur gratisque fouens potiora tributis  
 Indidget superumque facit discumbere mensis  
 Splendida dum Pariles ineant conuiuia uestes  
 Namque ut stelliferi sublimis machina mundi  
 Errantesque faces Phœbeque & Apollinis ignes  
 Mixta fouent modalis coeuntia corpora miris  
 Sed manent ubi certa sua superumque ferentes  
 Excipiunt auide afflatus sic Iuppiter aquas  
 Ad quacunque uoces homini certamina uires  
 Sufficit & facilem quouis & hoste trophaum  
 Mitia si placidi uigilet dictata magistri  
 Impleritque data numeros & munera uitæ  
 Vnde memor qua classe petat quo flamine portum  
 O fortunatos humana stirpis alumnos  
 O fœlix mortale genus ni fugerit uti  
 Natura ratione sua, si pectore recto  
 Hæserit amplexu superi diffusus amoris,  
 Qua sibi uult renuitne tenax fugiensque fouensque  
 At mea cum multis tantum me commoda tangunt  
 Spernentes sicci ieiunia soluere Codri  
 Atque utinam modus iste malis & omissa gemitibus  
 Non commissæ foret, sed enim inuat ire per omnes  
 Nequitia scelerum uias nullisque relinquit  
 Vt iterum sperare nefas facinusque neperum

Quis nouus insidijs laqueus fraudique dolisque  
 Quis ueri rectique tenax uaria odit & arcet.  
 Aspice mechanicas artes & libera quondam  
 Ingenui studia alta animi scrutare superbas  
 Regum aulas nec non ima ludibria sortis  
 Addictasque greges sacris uulgusque prophanum,  
 Quot tamen inuenies olim quos dicere possis  
 Iure uiros, nec falsa hominis sub imagine passim  
 Dira tegi potius uariarum monstra ferarum,  
 Impia mendica referam quid crimina sordis  
 Pollutasque magis animas quam corpus & atri  
 Colluuiem uentris & nescia corda pudoris,  
 Imperiosa licet frenos moderetur egestas:  
 Mille modis in triste abeunt medicamina uirns,  
 Et uos felices Saturnia sacula dicam  
 Pastores quis sponte ferax dabat omnia tellus  
 Stillaret quis melle nemus quis lacte fluent a  
 Dignatos superum comitatus & uoce decorum  
 Quam pecudum \* euastis similes similesque ferarum  
 Nil hominis prater faciem linguamque potiri  
 Cedet concubitus meditantur furti rapinas  
 Nec quos uentrimanos Gray dixere sileba  
 Seu rastris uersatis agros siue artibus urbes  
 Candida dum placidos aluit concordia ciues  
 In commune bonum late genus utile, quis nos  
 In tot precipites egit furor impius ausus  
 Crudeles inops fidei uerique probique  
 Tot scelorum ditos quot habet Saturnia nymphae,  
 Nec qui mudandis intenti mercibus onanes  
 Humanas miscetis opes ferraque marique

Seu lana uos cura tenet seu uellere Seres  
Exercent rigidaque auri sub tegmine uestes,  
Quas non fraude mala merces corrumpitis aut quas  
Præscriptas operum leges seruatis avari  
Facundi ne uerba nepæ uariasque colorum  
Quas nec Aristoteles nouit nec Tullius artes;  
Vasraque periuræ referam mendacia lingua  
Vnius in miseri captum uigilata quadrantis,  
Nam quid causidicos refert iurisque peritos  
In medium proferre, Iouis quos uulgus ad aures  
Detulit ambigua nodosi casse Trebati,  
Infantes damnare reos seruare nocentes:  
Deterius si Verre Cato quem munere palpet  
Par maiorue tuos Galene infamia damnat,  
Quo grauius peccare licet fidentius audent  
Quorum urbes benefacta tenent, errata sepulchrum  
Adde magistratus quos libera iura tueri  
Cum populo iussere patres pietasque fidesque  
Prodicta priuato subuertere publica lucro,  
Idque putare nefas quod non sibi congerat aurum.  
Denique magnates populi proceresque ducesque  
Atque humanarum reges fastigia rerum  
Quos animi spectata diu per plurima uirtus  
Ad decus imperi et sceptrum & diadema trahebat  
Et quæ mox late repererunt iura propinqui  
Sanguinis egregiæ si quis procul indolis ignis  
Signa dabat, natusque patrem referebat auosque  
Temperie iustæque potens indagine mentis  
Clara Patris Patriæ populis monumenta daturus.  
At nunc ò mores ò tempora siue quis hæres



*Inſedit ſolio ſeu quo uis nomine tandem  
 In quas enaſere feras & dira furentes  
 Monſtra Siracoſiis non conceſſura Tyrannis  
 Polluta quoties cognata ſanguine dextra  
 Lurida tabifico fluxerunt membra ueneno:  
 Ac ne poſteritas noſtris nil debeat annis  
 Addidit infelix exempla recentia priſcis.  
 Seuities Tiberique trucus Gaique furentis  
 Nam flauſi lamena parum ſædisque Neronis  
 Tam multa lethi faciès tam prauia fati  
 Verbera tot tormenta rota clauique facesque  
 Tot nexus tot uincla modis lacerantia miris  
 Corpora Tartareis Erebi confracta taminis  
 Vt laquei crux flagra phalanx melota ſagitta  
 Poenarum non prima ſonent cum ſtante coegit  
 Carcer Achemenia teſtudine tetrior Aphris  
 Lentior Atili tabulatis & trabe Caſſi,  
 Quod facinus tantis cruciatibus obijcit aut quod  
 Tam dirum tam grande nefas quæ cauſa reatus  
 Me ne rogas quin tu tranquillum conſulis hoſpes  
 Quæſiſtis impune tuis reſponſa daturum.  
 Me ne dum cura uigiles inſomnia terrent  
 Nequid ab inuito cantum minus excidat ore  
 Aut patulas dubijs feriat rumoribus aures  
 In neruo cauſam quis dicere præſtitit inſons  
 Maieſtate reus leſa uitioque duelli  
 Defereris culti quæ te Demotheſis artes  
 Defendent magni uel quæ facundia Tulli  
 Cor, res, forma, genus, uis, mos, ſtant omnia contra  
 Nec locus effugi Priamo niſi fauerit Hermes*

*Aut Venus Aeneam flammis regat inter et enses  
Sed reor Aethiopas adiut pater & simul omnis  
Turba secuta deum multos ex ordine Soles  
Oceani nitidis celebrant conuiuia tectis :*

*Aut arcana fouet taciti penetralia Morphei  
Vel si summa licet nostris componere nugis  
Confectus senio rerum proiecit habenas ,  
Si tamen est rebusque uacat mortalibus usquam  
Nec fato casusue leues iactamur inani*

*Quæ multos hominum rapuit sententia quamuis  
Disimulent & nube caua speculentur amicti  
Quid Fortuna ferat, quò lintea uertere praestet  
Mentiar Europa fines quando omnis eodem  
Voce tenus concessit honos pietatis & equi .*

*Aspice quas tanto dignas cognomine gentes  
Inuenias terra atque mari quæ consona linguae  
Pectora natura non obluet anti a iussis  
Officij quæ iura uigent quis sanguinis aut quis  
Aetatis sexusue pudor patriæque domusque  
An dolus an uirtus an gentibus imperet aurum  
Quid gladij quid iura valeat Bachusque Venusque  
Ambitus an frugi dominantur in urbibus artes  
Candor an attriti uigeant clementia pudoris  
Nec certis signata notis collectaque rite  
Confer & equatis trutina suspende patellis  
Quam diuersa trahunt non æquo pondere lances  
Altera calicolum, Stygias petit altera sedes.  
Vsq; adeo nusquam recti uestigia cernas  
Sic uersum phas atque nephas rabidoque tumultu  
Inuasere omnem late uicta omnia terram*

*Maelpomnes grauiora tuba tragicoque bonatu*  
*Privata cum monstra domus numeroque modoque*  
*Efferat Sidonia portenta Tyrannidis aequent*  
*Aonis commissa notis graphioque pedestri*  
*Tant alidas Belique genus Thebasque cruentas,*  
*Quos Perses docuit mores, quos Medus & Assur*  
*Et Macedum cum stirpe nurus, & Casare multa*  
*Disimilis iam Roma sui tum Rhenus & Ister*  
*Et Rhodanus Celiboque Tagusue pallidus auri*  
*Perdita multiplici foedarint sacula tabo*  
*Sic pleni dociles animi facilesque ruinae*  
*Præcipitem traxere luem mersosque profunda*  
*Calcavit scelerum Stygis immedicabile uirus*  
*Certarunt senibus iuuenes, puerisque puella*  
*Principibus populi scelus est non esse nocentem*  
*Impietas ut cuncta mali ni nouit & egit*  
*Nequitia ni dira lues & auara rapina*  
*Sauities potuisse neget cupisse professâ*  
*Et maior quo quisque magis tentasse potiri*  
*Ebrâ Cerito quicquid prurisset Erynnis.*  
*Infremit & cauda terram Leo cadit & armos*  
*In prædam cum signa mouet unipacula furtim*  
*Cortis aues noctisque petit uiuerra per umbras*  
*Sed tamen & pecudes uexat lupus, & Iouis ales*  
*Abstinet exorients cognata sanguine cadis*  
*In semet mortale genus patriamque suosque*  
*Sauit, & Augusto superum non parcat honori*  
*Quod si alias nostro præsertim contigit æuo*  
*Certatim quo quemque pudet iustique bonique*  
*Et procul expulso regnant mendacia uera*

Vnde lues tam dira? grauis qua causa ruina?  
 Regibus adscribas morbi contagia quippe  
 Induit unanimes populus cum principe mores:  
 Referat ergo uides quantum quibus orbis habenas  
 Committas, quis frena regat, quis legibus adsit  
 Praesidio, nuga iusto sine praeside leges  
 Ut leuis amoso qua pendet aranea tigno  
 Vnde premant miseros speciosa potentibus arma  
 Ferrea sed nostris tam concessere Tyrannis  
 Sacula, quam fuluum ferro preciosius aurum.  
 Qui modo seu Regnis aliquis successit anitis  
 Siue Agathocleis subiecerit artibus urbes  
 In uitium coire pares, moresque sinistros  
 Pax igitur pulsusque pudor iustique cupido  
 Fugit, & ignotis furtim latet exul in oris  
 Vel magis aetheriam superum concessit in aulam,  
 Inque genu supplex lachrymis Iouis excitat iras  
 Pro quibus inuasit terras furialis Eryx  
 Exanguisque fames & lurida pestis Erymnis  
 Tartarea stipata manu Stygioque ueneno  
 Corripit alernis pollutum cladibus orbem,  
 Atque adeo ut trepidam uerset sententia mentem  
 Si modo pro scelerum facie numeroque timendum  
 Deucalionea redeant ne uasta procella  
 Sacula, & Oceani subsidant fluctibus Alpes.  
 Aut quod aquas Iris prohibet uas fida timerò  
 Ne Phaetonteis uiolentior ignibus ignis,  
 Quo commune nefas priuatis scelus ausis  
 Inuadat propiora furens correptaque flammis  
 Protinus in tenues abeant elementa famillas

Cum genus electum sceptrisque uerendior olim  
 Sancta sacerdotum soboles. ut Apollinis ales  
 Verterit in nigras pennarum candida pluma  
 Commisique gregis studio post terga relicto  
 Pastores mollique culta palatia luxu  
 Imperijs fastuque uacent Venerique meraque.  
 Et septem gemina tabo saturantur Echinnæ  
 Scilicet inmensæ proles aterna parentis  
 Virginis ex utero mortales induit artus  
 Perque ter undenos hominis mala pertulit annos  
 Pauperiemque astumque geluque famemque sitimque  
 Confessusque deum per tot miracula tandem  
 Verberibus, strinisque lacer de more latronis  
 Affixis ligno manibus pedibusque pependit  
 Et mendicari iacuit sub fornice saxi  
 Vt ferus & tabulis longe contrarius hares  
 De Pastore Lupus fieret tantique redemptum  
 Sponte gregem sauo lacerandum traderet hosti,  
 Et foret exitio certa medicina salutis.  
 Tum Petrus atque alij uicta quos morte Redemptor  
 Gestorum testes assertoresque suorum  
 Esse dedit Stygique minas calcare Tyranni  
 Et magni referare fores & claudere mundi:  
 In Luctu traxere dies noctesque precando  
 Extorres inopes extrema per omnia ducti  
 Dum crucis extruerent lustrato ex orbe trophæum  
 Non aurum non regna sibi famam ue petentes:  
 Sed Domini pro laude mori populi que salute  
 Experti genus omne mali uitæque necisque  
 Commisiss posuere gregis cum sanguine curam

Pontificum summos ne non mercatus honores  
 Surriperet scortisque palam non unus Iason  
 Empta subhaestata patrimonia uenderet aula.  
 Et miseras pietatis opes inopumque lenamen  
 Salmacis & Gillo traheret Phrigiusque minister  
 Quando hac coccineo donare palestra galero  
 Ausit & in terris caelestia distrahit hispo,  
 Nec pudet hunc hominum cervici imponere cuius  
 spurca dapes calui uincunt adipata Neronis.  
 Vt nec Iulea fex ultima gentis in illa  
 Colluue caueaque probri stuprisque nefandis  
 Non temere sub pelle latens habituque ferino  
 Turpius humani prostravit iura pudoris  
 Officium partesque uiri tempusque putanti.  
 En cognata deo praeordia dextraque nutu  
 Digna leui referare fores, & claudere cali,  
 En uini simulacra Dei quae promus adores  
 Summissoque genu pedibus, des oscula supplex,  
 O scæda scelerum sordes, o dira ferarum  
 Prodigia, o desunt tantis aequalia monstris  
 Nomina, conceptus animi frustratur hiantis  
 Lingua, pares impar factis extundere uoces.  
 Hos dedit o pietas tibi Constantinus in usus  
 Ausonias Syluester opes, morboque lenatus  
 Romula Threicy's mutauit moenia lustris  
 Ebria delitijs ut turpis adultera Reges  
 Allicerent mæchos quorum complexibus hærens  
 Iret in omne nephas hortareturque morantes  
 Perque uices prensam Gladio defenderet alter  
 Religionis opem protenderet altera lapsa.

Ille pia graue mentis opus dignumque patrauit  
 Maiestate ducis facinus nec praesul abusus  
 Concessis laudis pietas certauit utrinque  
 Religioque uirum terra caeloque probante  
 Haeredit damnare decet male uiribus usos,  
 Nam consanguineum caput insignire tiara  
 Degenerisque nota sobolem uulgata priorum  
 Plurima iam trito fas asserit orbita curru,  
 Par fuit & uotis aliquid concedere regum  
 Cum fomenta darent inopi quae tristis egestas  
 Posceret, & uictu tenues, & necte iuuabat,  
 Ignoscas hoc forte tamen, quo denique uentum?  
 Omnia metiri precio didicere, quid illi  
 Promerere negant? connubia soluere nulli  
 Concessum, certoque gradu coniungere non est:  
 Iungeris oblato tamen & disiungeris auro.  
 Qui sua uendiderat fracta sibi parte bonorum  
 Cum consorte thori se cuncta dedisse professus  
 Morte luit subita uasra perinuria lingua,  
 Et Magus oblato sancti dum flammis auro  
 Imposita conferre manu sibi munera poscit,  
 Sector ut in medium plaris diuenderet emptum  
 Viuus in arbitrium stygij uenit impius hostis  
 Propulsante Deo suffecti uoce ministri  
 Flagitij scelus & dira contagia pestis  
 Exitio quondam populis orbique futura,  
 Forte superstitio mentes agitabat auitas  
 Scilicet & falsa ludebat imagine recti  
 Ieiunas macies animas, ut acutius atas  
 Nostra sapit multo praecincta sophismate pectus

Et minus auditis rerum quam credula uisis  
 Cultius humanis diuina reponit elenchis,  
 Ambigis? antiquis exempla recentia confer  
 Per gentes cum iura dabat, cum uota regebat  
 Arbitrio. Dis nostra suo, sceptrumque tenebat,  
 Spintria famosis Elephantidos eruta chartis,  
 Nec tibi tunc placuit faceres cum Roma Priape  
 Quo mirera magis iam tum regnante Tyranno  
 Iussa Palatini decedere finibus agri,  
 Tu uindex censorque grauis tu regula morum  
 Quo potius meliusue nihil, nil sanctius usquam,  
 Fas & iura uolunt si rite Vicarius illi  
 Qui calum terramque regit de Virgine natus.  
 Ni reuocas certe uanalem Elephantida passim  
 Per plateas uicosque finis per compita ferri,  
 Nunc & imaginibus ad uisum ex ordine pictis  
 Irritent ne picta minus quam scripta furentes,  
 Maternis commissa notis tum ne qua legenti  
 Eriperet dubia fructum sententia uocis.  
 Largius hæc nostri sollertia temporis auxit,  
 Ingeniosa mali profligatiue pudoris,  
 Nil non ausa neptæc miseris committere chartis.  
 An quod Aristophani licuit Flaccoque negabis?  
 In tenebris tunc orbis erat, nunc luce ceruscat.  
 Et tamen ij damnant quæ præcipi ipse Tyrannos  
 Instituit leuis alius scortisque lupisque  
 Et quorum meminissem pudet dictata ministras

Finis



IVLIO MEDICI REVERENDIS.

Cardinali, atque mox sub nomine Clementis VII. Pont. Max.

ANDREAS DACTIVS.

❧

**P**raclare (me Hercule) humano generi ab ijs consultū mihi videtur R. P. I. M. qui viros egregios uitae functos laudari publice instituerunt. Ea enim ratione laudati simul, & laudantis fama non nihil collatum, & ceteris stimuli quibus ad uirtutem capefendam acrius accenderentur additi proposita spe non obscura gloria. sed longè praeclarius illos fecisse arbitror, qui uiuentium Principum facinora celebrarūt, cum ex ea re plarisque omnibus futuri spe negligentibus, & praesentium bonorum sensu gestientibus, quae praediximus, unus quisque uehementius affectare, & uberius assequi possit uel suo, uel principis nomine. Qui si decantatis laudibus se non respondere cognouerit, tacito conscia mentis pudore (ni fallor) agitatatus, ita se geret: ut in posterum laudatus merito uideri possit: si uero par meritis praconium fuerit affectus, magnificentiam uerborum rerum magnitudine superare, et maiora promereri contendet, quo argumento non modo Cicero, Plinius, Papinius, & Claudianus sed omnes fere celebres: tam Rehtores, quam poëtae, sui temporis Heroas, uel peculiaribus Encomijs, uel aliud agentes, arrepta obiter occasione magnis laudibus ornauerunt. & nos (quicquid sumus) tantorum uirorum, quin etiam doctissimorum, aucto

vitate freti, superioribus annis, cum canicularibus.  
 diebus a publico docendi munere, in æstiva litterariâ  
 de more me recipissem, & liber, peculiari, vel natu-  
 ra. uel huius nostræ fortuna ductu, profundius qua ra-  
 tione bono ocio honeste uterer cogitarem, in primis ut  
 par erat R. D. T. uirtus in mentem uenit, cuius mul-  
 tiplex habitus, quantum memoria ualuit, repetitis &  
 prima ætate usque ad hunc diem, rebus à se gestis,  
 tatus mihi se se obtulit, tam alte inhæsit, ut per mul-  
 tos dies nihil aliud animo uoluptate potuerim. Deni-  
 que nescio quo afflatu ita exarserim, ut quod intus  
 coquebam, nec potuerim ultra contegere, nec uolue-  
 rim. Credo (ita dijs iubentibus) nequid in Virbio, Leo-  
 nis Pontificis laudes referente promiseramus, ulte-  
 rius differretur, bonis igitur ausibus exorsi nouo quod-  
 dam (ut arbitror) apud nostros dicendi genere, non  
 quod a syluæ lege recedamus, syluâ scripsimus, quæ  
 non topiarias et in quincuncem dispositas hortorum  
 delicias, sed inculta fronde siluestres, & impares ar-  
 bores, interiacentibus temere fruticibus & dumis,  
 polliætur & præstat: sed quia ex omni ueterum Hæ-  
 roorum numero, delectis partibus Parrhasiana quadâ  
 imitatio simulachrum effigimus. unde etiâ siluæ, ieo-  
 nes id est imagines, nomina fecimus, laudes R. D. T. uer-  
 sibus complexi, ut officij nostri partes, si non ut uolu-  
 mus, ut possumus ageremus, Hanc igitur T. R. D.  
 nuncupamus, ut tanti nominis patrocinio, ab incuria  
 ferarum & agrestium undique præmunita, tutius  
 germinet, & coalescat altius, cultorem suum mul-  
 tiplici fortuna facientis iniuria laceßitum saluari-

bus umbris protectura. Quod si (ut spero) liberali R. D. T. patrocinio contigerit, maior a moliemur, ut quod ab Optimo Maximo Deo accepimus in publicam utilitatem, eius gratia, erogemus, cui post ipsum deum plurimum debere profiteamur.

### ARGUMENTVM.

Dum Capreas iaculis ageret per lastra fugaces  
Narcissum fide deseruere manus,  
Captat amans tacitis uestigia passibus Echo  
Et pudet, & soli gaudet adesse tamen,  
Ille labore, simul fessus, praedaque potitus  
Constitit, aquis adest, huc coeamus ait  
Victus amore pudor, coeamus retulit Echo  
Et petit optatis ora premeunda notis.  
Prosiluit nimphaque puer praedaque relicta  
Diffugiens dubios marmurat ore sonos,  
Futilis insultat paribus sermonibus Echo  
Et tepida lachrymis immauere gena  
Spreta dolet, comitesque fugit, specubusque sub adsis  
Tristitia perpetuo membra dolore liquat,  
Crescit amor, crescuntque graues in pectore cura  
Nulla dies, nullum profuit artis opus,  
Vultus abijt, tenues uanescit corpus in auras  
Occupat ossa lapis, mox tamen una morans  
Et acipe, in nonas acceptas reddere voces.  
Gaudet, in hoc uno uita reducta sono est,  
Quis uerat ancipiti tenebrarum carcere clausum  
Vocalis Nymphæ uerba referre modis.  
Quod summum natura dedit, Fortuna reliquit  
In laudes referam gratas iule tuas.

Andree

## ANDREAE DACTYLII STILV

cui titulus Icones. in laudem Iulij

Medices enarrata.

**D**ives Achilleos quo carmine panderet ausus  
 Maonidem Phœbique parens omnisque sororū  
 Instituit facunda manus triplicesque Maroni  
 Indulsit numeros Helicon & conscia Baccho  
 Nysa corimbiferis Nysa usque exercita thyrsis  
 Cyrrhaumque iugum Cyrraque potentior æstro  
 Macenas Auguste tuus, tuque optime Caesar.  
 At mihi Pieridum, si non lymphatus ab antro  
 Attonitos mouet ore sonos afflataque fingit  
 Spiritus Aonijs agitans præcordia flabris  
 Romulea tutela domus sceptrique supremi  
 Rector adest Ithyscoque celer non segnior auro  
 Quem sancto natura Duci poscentibus astris  
 Consortem comitemque dedit generisque sacrique  
 Muneris imperijque uices curasque gerentem  
 Quo pelago iactata ratis quo Castore pubes  
 Littera tuta petat portuque subintret amico  
 Sufficiens confisa nouis, naualia, lati  
 Sydere non alio subeunt per carula nauta  
 Ipsa licet medijs Helene se tristis in undis  
 Inferat, tortis alte unda dehiscat arenis  
 Ergo ades, et tumidi seruatum ex aquoris undis  
 In medio concepta mari dirasque tenebras  
 Inter & infensi minitantia fulmina cali  
 Soluere nota iube non quas Gangetitha tellus  
 Fundat opes Arabūque domus Hermusa, Tagusa

Quas gemina premit arce polus Rhamnuntis alūna,  
 Munera continuo dominum mutantia lapsu.  
 Te monumenta decent uolucris superantia cursum  
 Temporis & nullo fatum passura sub aeo  
 Ille ea cuius agn partes, cui uiuimus olim.  
 Pro meritis congesta dabit nos longa feremus  
 Qua licet, in populos merita praconia fama  
 Quod si priscus amor grati si pectoris ulli  
 Mens superum deuota placet pietasque fidesque  
 Iulius in longum Medices cantabitur enūm.  
 Tu modo quas tenui meditatur harundine uates  
 Crescere laude tua non dedignere Camanas,  
 Sic ubi labra merum nec iam capit area messes,  
 Alma Ceres parui latatur munere ferti  
 Sepositis bromium placat sibi uinitor uuis,  
 Et qui stelliferi frenos moderatur Olympi  
 Diuitias, fascēs, populos largitus & urbes  
 Afficit exiguis fumantes ignibus aras  
 Contentus precibusque pijs & thuris honore  
 Sed neque marmoreis aulea nitentia templis  
 Non ebor aut fuluum signis radiantibus aurum.  
 Artificumque manu & uarijs stellantia gemmis  
 Pocula & aurata candentes fronte iuuenos  
 Tam faciles flexere deos quam conscia recti  
 Simplicitas fucoque carens & pectore longe  
 Inferior sed fortunis par uictima dantis.  
 An reuam quia digna tuo munuscula cultu  
 Non adsunt quacunque mihi Rhamnusia fecit  
 In laudes conferre tuas, quis magna datorum  
 Crediderit qui parua negat, licet inuida frontis

Abstulerit fortuna decus ueterisque rapina  
 Pertulerim portent a nouus sine crimine Phineus,  
 Mens tamen & uires animi dotisque supersunt  
 Ingenij, & fato uix concessura potenti  
 Munera Thespiadum, quod si te praside tristes  
 Harpyas Zethesque puer Calaisque repellent  
 Iactatumque diu cali pelagique ruinis  
 Excipiet tellure quies portuque secundo  
 Forsit an (esto procul lior, mitissimus adsis  
 Iuppiter) Aeneadum numeris accesserit alter  
 Maonides, aequet patrios qui carmine fastus  
 Complexus cælum ac terras rerumque quod usquã est  
 Adscribarque tuis non ultima gloria rebus.  
 Sed tamen hac olim Deus & tua cura uidebit  
 Interea promissa fides concepta sequatur  
 Nomine uota tuo Latias cum Virbius oras  
 Impleret laudesque tui Patruelis & altum  
 Pontificis decus & uestra praeconia Gentis  
 Aeterno si fata sinant committeret aeo:  
 Vnde ferar quo fonte Dea, quis carminis orsus  
 Quis mihi limes erit, qua prima aut ultima dicam  
 Qua medio referam cursu, qua pectora, qua uis  
 Ingenij, qua mens tanta fastigia molis,  
 Qui capiant animi, qua uox, qua promere tantos  
 Conceptus, qua uerba queant, quis spiritus oris,  
 Qua fauces, qua lingua sonet? tribuenda Platoni  
 Si qua fides, non absque deo modulatur Homeri  
 Carmen Ion maiorque suis tunc uiribus altos  
 Eructat numeros, & dignas numine uoces  
 Quid qui Bistonio committit Pallada Marti,

Et Diomedea molitur uulnera dextra  
 Qui Phrygios Latia componit sede Penates,  
 Qui Lyricos mouet arte modos, qui Phasin, et Argo,  
 Qui socerum generumque canit, qui corpora mutat,  
 Oedipodionias cingit qui milite Thebas,  
 Punica qui Latia summittit castra securi,  
 Quique alij merito signantur nomine uates,  
 Et mihi numen adest; trepidamque in pectore dulcis  
 Nescio quis, sed agit mentem furor, excidit omnis  
 Cura dolorque animo: fugit omnis corpore languor:  
 Mortalesque abeunt sensus: subit igneus artus  
 Ignoto de fonte uigor, tum maior anhelio  
 Spiritus ore sonant: fibrisque exestuat imis  
 Feruidus: & pauido concutit prae cordia motu  
 Ingentesque auido captus, & sensa ministrat  
 Humanis maiora modis: tuaque omnia, teque,  
 Maioresque tuos, transactaque secula monstrat.  
 Ut quondam modico sublimis in aggere ductor,  
 Cum procul are dato turmas percenset euntes:  
 Luce recens orta, uel Sole cadente sub undas,  
 Præteritos post terga notat: præsentia cernit  
 Ora uirum: longe uenientum prospicit umbras.  
 Sed quid auos, proauosque tuos, Cosmâque, Petrûque  
 Gentilesque alios referam: longumque superba  
 Stemma domus? ueterumque notis & uoce recenti  
 Nomina dicta mihi? lachrymas remouemus inanes?  
 Admissumque prius properata morte parentem,  
 (Pro miserum mortale genus) quàm nosse liceret.  
 Haud equidem captus hominis, mentesque putarim  
 Consilij potiora Dei: licet ætheris alti

*Participes animos, cognataque semina calo  
Hauriat: & summi decoretur imagine patris:  
Immensum parvis complexus finibus orbem,  
Cum levis & puro cœli de lumine fulgor  
Corporis obductus tenebris, & pondere terra  
Ima petat. longæque extremis exul in oris  
Perfectum capiat nihil: imperfectusque & ipse.  
At Deus aterni fons luminis, omnia solus  
Qui fecit: solus tenet omnia, temporis exsors.  
Si tamen, humani quanta est prudentia captus,  
Iudicium proferre licet: mandataque fama  
Patre super concepta tuo; maioris acerbum  
Indolis amisit nullum Florentia ciuem.  
Siue placent animi vires seu robur honesti  
Corporis: & faciles utrimque ad munia dotes.  
Quem si fata uirum nostris non inuida rebus  
Seruassent Patria incolumen fratrique tibi que:  
Forsitan Aethruscos fines & littus utrunque  
Ocyus. At superi satis est optata parentum  
Progeniem præstare sacram: quando omnia uestris  
Imperijs terra, atque mari caloque geruntur.  
Nec licet arcanas homini cognoscere causas:  
Qui cursus, qui finis erit? latet abdita magni  
Mente Iouis decreta dies: mutatur in horas  
Turbida mixtorum series subeuntque, caduntque,  
Alternis animata modis: cursimque feruntur  
Tam multa rerum species, numeroque, locoque  
Et quo quæque magis protenditur undique moles:  
Hoc plures rerum facies recipitque, fouetque  
Hoc magis diuersis gaudet uariata figuris.*



Nonne uides quot terra ferax animalia, plantas,  
 Quot frutices, quot fert herbas? quot caerulea pisces  
 Alta natant, quot aues, insectaque sustinet aer?  
 An ne putem uacuas cultoribus aetheris oras?  
 Coelestesque globos, & inania sidera ferri?  
 Vt lites, & amicitias coeuntia nectant  
 Inter se, & uersis soluant elementa cateruis.  
 Scilicet omnipotens opifex, & nescia falli  
 Natura fecunda manus, mortalibus amnes  
 Indulxit Veneris numeros? eterna malignis  
 Artibus, & seu a fraudauit more nouerca.  
 Quodque imis large rebus dedit: abstulit altis.  
 Vt breuiora thoro qui stragula possidet: ima  
 Crura regens, caput infelix & pectora nudat.  
 Vsq; adeo ne furens agitant dementia quemquam  
 Credat ut hac, & non potius contraria prorsus?  
 Quicquid habent igitur supremi elementa decoris,  
 Illius umbra tibi est: summo qui fulget Olympo.  
 Vtque nitens coeli facies, terraque, marisque,  
 Vincit opus: cum materia, tum motis honore:  
 Sic forma, sic multiplici discrimine rerum  
 Celesti mortale decus concedit. eoque  
 Si qua tenent humana boni, referuntur ad ipsum  
 Principium, rectique patrem, propiusque quiescunt  
 Authori coniuncta suo: qui fonte perenni  
 Fusa sinu rursus recipit. ceu flumina magnus  
 Oceanus, totum late diffusa per orbem  
 Mittit: & ingenti redeuntia suscipit alueo.  
 Hinc tuus exacto mortalis tempore cursus,  
 Deseruit terras genitor: uitaeque futura

Ad decus & numeros, sibi quæ uirtute parat :  
 Elisos inter procures loca liber adiuit.  
 Inde ubi ad excelsi peruentum culmen Olympi:  
 Protinus Ambrosia succis & Neelare sacro  
 Perfusus: nunquam peritura munera uitæ  
 Aggreditur: pulsaque procul caligine latus  
 Despicit in medio libratam pondere molem:  
 Atque irruampentem terras circumque prementem  
 Oceanum, fuso late super ære cingi:  
 Aetheræque immenso complexum cætera gyro.  
 Tum uariam externo fulgentem lumine Phæben:  
 Quosque trans ignis Cyllenius implicat orbis  
 Phæbeos subter radios: quos mane sequatur  
 Phosphorus, & sero præcedat sydere Vesper:  
 Atque ipsum aduersis nitentē ad summa quadrigis  
 Natura lucisque ducem: terramque, fretumque,  
 Et totum igniferis implentem curribus orbem.  
 Sanguineumque rubens, & tristi cade cruentum  
 Martis & horrendum miseris mortalibus astrum  
 Inde Iouis regale iubar placidamque corusca  
 Luce facem; populis & regibus utile sidus.  
 Mox & falsiferi lucentes cominus ignes  
 Saturni & lento pallentem frigore flammam  
 Nec procul innumera stellati lampade cæli  
 Signifer & uarijs simulacra ingentia formis  
 Apparent altoque patet uia lactea cliuo.  
 Tum fugiens oculos, & qui rapit omnia secum  
 Concolor orbis adest, motu modo cognitus ipso.  
 Qui celer, & mundi sonitu modulantis acuto  
 Altius assurgit: cum Luna grauisima uacem

Deprimat: & medias diuersis motibus orbes  
 Temperet in dulces numeros discordia concors.  
 Vt quondam uaria certo discrimine chorda  
 Concentum peperere lyra: blandumque sonorem.  
 Et quamuis ingens tanto de corpore, qualem  
 Fas prodire sonum late omnes impleat oras:  
 Non tamen humanas quoquam descendit ad aures.  
 Sic qui precipitem summo de uertice Nilum  
 Accolit: auditos primæ sub tempore lucis  
 Ingentes nescit strepitus: unda que riuum,  
 Illicet ardentis referatur machina mundi:  
 Calicolumque domus, summi que excelsa Tonantis  
 Regia: non ullis obnoxia motibus: inus.  
 Ambitus, extremi finisque nouissimus orbis.  
 Complexus qui cuncta, nihil se deserit extra.  
 Hinc neque finitum credas: neque dicere possis  
 Immensum: sed enim nixus consumpsit in illo  
 Et uires naturæ suas: corpusque supremum.  
 Esse dedit: tantoque alias excedere moles:  
 Quanto nobilior causis mens prima secundis.  
 Hæc domus, & uitæ sedes tranquilla beata.  
 Lucis inaccessæ sedes: immobilis, exsors  
 Turbinis omnis, ubi prædiuite copia cornu  
 Spargitur: omnigenum late diffusa bonorum.  
 Quam neque mortales ullis auditibus aures:  
 Nullus Aristorides centenis orbibus Argus  
 Luminis aut ullo penetravit acumine Lynceus:  
 Scrutatus pelagique uias, & uiscera terræ.  
 Non quæ naturæ ductus, causasque latentes  
 Incluta sollerti cinxere indagine corda.

Diuitias hic ipsa suas seseque triformis  
 Explicat, & posito nudus uelamine nactus  
 Aeternos aperit Deus, & simul omnia secum.  
 Participesque sui praesentia cernere mentes  
 Quae cuiusque libet nullis ambagibus ultro  
 Imperat: acta cupit pariter, potiturque uoluntas.  
 Hac postquam spectata satis patuere parenti:  
 Et simul arcana fatorum numine uidit:  
 Siqua deum luore sibi perisse putabat,  
 Accessura suis maturata tempore rebus.  
 Gaudet aeterno grates agit inde sonanti.  
 Dumque recens animo confert uentura per actus  
 Tantarum uel plurius emat fastigia rerum.  
 Exigua tam parua morae dispendia letus,  
 Tam larga mercede Deum cumulat a reponi.  
 Haec demque suum spectans te, & laudis, & ens.  
 Gratum ait est superis: quicquid mihi munere uestro  
 Concessum, generique meo, uos numine uesfro  
 In sobolem transferre meam nec plura locuto.  
 Annuit omnipotens: & decernente senatu.  
 Calicolum, quondam uultis optata parentum.  
 Vnus accipiunt cumulatque pectora donis.  
 Protinus ingenij donat Saturnus acumen.  
 Iuppiter imperium maiestatemque uerendam,  
 Corporis atque animi uires, in praelia Maiores  
 Sacra Deum moresque pias indulget Apollo.  
 Ora Venus, Charitum donis mentemque decorat.  
 Maiugena eloquio & sollertibus imbuit actis.  
 Dat castum Dytina animum, prudentia Pallas.  
 Consilia, & faciles nauis ad munerum uires.

Quid Iuno, quid Parca triplex, quid contulit Hebe:  
 Longa referre mora est: quid cetera Numina diuū.  
 Immanis toto non est inuentus Olympo  
 Officij. curtus Solymas Iudans ad aras:  
 Sic penetrat. sic Arfacidas sua turba salutat.  
 Sic animosa uices agitabat Roma Decembres:  
 Et natalitjs Augusta palatia lybis  
 Patritjs admistus eques, populasque colebat.  
 Denique ut exemplis rerum prioribus utar:  
 Sic larga superum coiere ad munera dextra:  
 Iapetionide fraudem cum fraude repressit  
 Iuppitor: & cauti nequicquam uoce Prometheus  
 Admonitum lufit missis Epimethea donis.  
 Vnde mare & terras factu uelut agnime morbi  
 Inuasere graues: & qua prius ordine certo  
 Mors erat unius iaculo contenta fenestra:  
 Induit innumeras facies, variosque nocendi  
 Corripuit uesana gradus tum Pixidis ulte  
 Intercapta labris, pendens intusque, forisque  
 Macerat ancipites lento spes agra flagello:  
 Faminea properante manu qua prima laboris,  
 Prima mali causas homini dedist: improba postquam  
 Pellexit. facie pulcri Titana uoluntas.  
 At tibi non uultu cuiquam impositura seneco  
 Maiestas. non fallaci lesura sereno  
 Gratia. non blandis animum lactantia uerbis  
 Pectora: nec tacito mox deceptura ueneno  
 Muneribus concessa Deum: sed prouida uirtus.  
 Sed pietas, sed eana fides, sed conscia recti  
 Vox animi, & faciles certo discrimine mores.

Quæque decens animum generosi Principis artes.  
 Cognatis qui se genitum, qui credat Amicis:  
 Qui Patriæ rectique tenax & cultor honesti.  
 Quisque sua generis inter putet esse salutem  
 Humani: & toti ciuem se commodet orbi.  
 Talis erat magni Cyrus Xenophontis: & ipsum  
 Doctus Aristotelis finxit Plutarcus alumnus;  
 Discipulo præcepta suo quos protinus ille  
 Implevit numeros: & dignum nomine tanto  
 Exhibuit tibi Roma ducem Germanicus olim  
 Priuato quod iure dedit: potiora daturus  
 Si superi si fata sinant. sed Flauius alter  
 Præstitit: imperio quamuis breuiore potitus.  
 Sed quid ego angustis immensum finibus orbem  
 Metiri & parua circumuallare corona  
 Inter se spatio nusquam coeunna longo  
 Melior, atque hominum longe conatibus impar  
 Versa onus audaci, nimium confise uolatu.  
 Quomæ ducis amor, quonam temeraria grati  
 Vis animi, quo cara ruis sic æthera penus,  
 Dum petit & cera iunctas non respicit alas  
 Proditus, æquoreis nomen dedit Icarus undis  
 Et Phaethontiade stillant Electra sorores  
 Eridani ripas circum fraterna que busta  
 Nam neque Palladia quamuis nitantur Athena  
 Ingenijs studioque uirum non Sparta Lycurgi  
 Legibus, & crebris regum subnixæ trophæis,  
 Quem nostro componat habet, non Isthmia tellus  
 Bellorophonteæ lætho cantatæ chimææ  
 Non Iouis Augusto celebres certamine Pisa

Non Helis non Argos equis non Hercule Thebae  
 Insignes Bacchique sacris non alta cothurni  
 Nomina Tant alides, Agamemnonique Mycenae  
 Non Phthia Pelleque duces, Macedumque Tyranni  
 An referam celebres Siculis regionibus urbes,  
 Et ventum magnas cunas Iouis oppida Creta,  
 Et Persis, Salamina, grauem, gratamque Cythara  
 Cypron, Apollineaque Rhodon, Delumque, vel ipsas  
 Cycladas & sparsas freta per Neptunia terras.  
 Et quaecunque loci clarum bellone togae  
 Ingeniosa suum produxit Gracia nomen  
 Scilicet à teneris extrema ad summa senecta  
 Congestas uirtutis opes numerosque per omnes  
 Integra uenturis recta exemplaria uitae  
 Gentibus una dabunt Argumae moenia terra  
 Qua neque Tant alio reges de fonte bibentes  
 Urbibus adscribere suis nudique sophista  
 Aethiopum mixtique salo gens conscia Nil  
 Ausa uirum primas olim sibi poscere partes  
 Non Babylon Assurque udis latissimus agris  
 Et septem gemino praecincta Ecbatana muro  
 Persopolisque faces, scorti passara furentis  
 Imperijs Lenae tuis non diuitis aula  
 Mæony Sardes regis. Partique fugacis  
 Regia & auerso Scythiae, nimiumque propinquo  
 Affrica lata minus Phœbea lampadis igne  
 Quasque cadens lustrat Vesper, quas lucifer urbes,  
 Quae tandem quo Diua ferar, si Barbara nostris  
 Exiguum confert quamquam latissima uotis  
 Gens hominum natura minus, seu consulit illi.

Sive decus gentis nostras non uenit ad aures  
Insidijs Fortuna tuis ditissima cultu  
Multiplici studijsque potens si Gracia nomen  
Ingeniumque suum uinci uiresque fatetur  
Atque ultro tanti certaminis impar honori  
In stadium prodire negat; si maxima Roma  
Prole uirum felix & maiestate uerendi  
Nominis imperio late tot functa per annos,  
Nescio quid tacito secum conquesta pudore  
Ingenua tandem pro libertate fatetur  
Multa fore ut praestet, non se omnia posse daturam  
Quicquid in arcanis seruant araria fastis  
Antiqua uirtutis opum atque his ora resoluit,  
Exhaustit totum magnis delectibus orbem  
Praceptor Traiane tuus, dum lancibus equis  
Comparat inter se magnorum gesta uirorum  
Et studia & mores ad calcem a uertice pensat,  
Quot tamen ille meos ingentia nomina ciues  
Præterit intactos dum multa indagine nusquam  
Inuenit externum nostris quem comparet ullum,  
Ergo non urbes ipsum sed uicinus orbem  
Magnorum uirtute uirum quos prouida magni  
Fata dedere Iouis maturo tempore quales  
Poscebat ratio & rerum fortuna mearum  
Inque dies campo sensim certaminis aucto  
Creduit amor uera summa ad fastigia laudis.  
Paruus ut exiguis exiens è fontibus annis  
Accipit incrementa superuenientibus undis  
Et crescit pariter crescentibus alueus undis,  
Donec laxatis prorumpit in aquora ripis.



De superis ingrata querat morumque priorum  
 Immemor & decoris si quod mihi fata negabunt  
 Inuida concessum nostra dedigner alumna  
 Qui cum communi surgit mihi gloria fato  
 Inuidisse patri natum conquesta uetustas  
 Quis matrem nate laudet uirtute gementem  
 An mea legitima fraudari uiscera fama  
 Enitar, si ferre parum est tam degener absit  
 Liur, & insano rabies agitata cothurno.  
 Quin & congestos Florentia iungat honores  
 Et cumulata ferat merita praeciosa fama  
 Maior auis ac uisusque patris praestantior auro  
 Vnius uirtute uiri, quem singula si non  
 Exequare ualent praeclara nomina fama  
 Cuncta simul poterunt nec me pulcherrima rerum  
 Tot quondam dispersa locis tot dissipta seclis  
 Nunc congesta simul spectare pigebit in unum  
 Quem (nisi me toto fallunt oracula celo)  
 Ad maiora uocant Tetricarum pensa Sororum  
 Iam pater alterno gaudebit Tybris Iulo  
 Quemque modo cupidis genitum complecteris ulnis  
 Non inuita tua concedes filia matri  
 Rectorem rerumque caput quas sustinet olim.  
 Interea latis auibis Florentia magni  
 Vtere sorte tui uirtutibus utere ciuis,  
 At tu qui tanto uicturum nomine carmen  
 Concipis & grata reuocas pietatis amorem  
 Non extrema mea munuscula suscipe dextra  
 Tantorum secura tibi fomenta laborum  
 Inde quater gemini repetens primordia Iani

Antiqua decus Hesperaea Latiumque superbum  
Albanosque patres & stemmata longa recenset  
Aeneadum Tatosque Titos & regna Quirini  
Virtutes animosque uirum bellicae domique  
Quot quos quis ducibus qua nacta sit arte triumphos  
Tum Gratos memorans proceres & Barbarae regum  
Nomina quandoquidem tantis non oribus una  
Sufficimus totius simul utere uiribus orbis  
Dixerat, & lato deflectens lumina uultu  
Nectareos spargit mirantis in ore liquores  
Tum sceptrum & triplici fultum dat lemate deltam  
Interea (mirum dictu) tremere omnia late  
Audiriue fragor cali crebisque corusci  
Luminis ambiuri caput fulgoribus aer  
Lux oculos, horror mentem, sonus abstulit aures,  
Mox afflata leues redeunt in pectora sensus  
Ecce autem posita mortalis imagine uultus  
Et quondam Libycis ingens in sinibus Atlas  
Tant alis in sipilo, Titans in aquore Delos  
Et quos saxifica mutarunt monstra Medusa  
Vrbis in effigiem tectis conuersa superbis  
Ardua septenis fastigia collibus alte  
Ostentabat ouans turrato uertice Roma  
Qualis erat domitis Asia Libyaeque Tyrannis  
Alta triumphales tulit ad Capitolia currus  
Scipiadum cum sacra domus Macedumque sarissae  
Aemilius Latij suspendit in aede Tonantis  
Trapei cum templa Iouis Pompeius & aras  
Ditauit Regum spolijs Asiaque rapinis  
Cum Gallos Libycosque duces Pontique rebelles

Reliquias uario produxit stemmate Caesar  
 Aut post Cantabricas acies Indosque subactos  
 Excultam fouit ludis Octavius Urbem  
 Huc simul exhausta properabant ciuibus urbes  
 Europes Asiaeque agilis Libiaeque iuuentus,  
 Non secus ac prono labuntur in equora cursu  
 Flumina & Herculeum lapide petit undique ferrum  
 Hic turba spectante Iouis non unus ad aras  
 Duxerat innumeros spoliato ex orbe triumphos  
 Signa, aurum, tabulas, uestes, toreumata, gemmas  
 Tus, ebur, arma, greges, famulos, syngramata, menses  
 Quicquid habet quae lata patet tellusque fretumque  
 Iamque unis olim totumque manibus orbem  
 Congestum spectare dedit foelicibus astris  
 Roma parens chara non dedignatur alumna  
 Progeniem merita renuentem praeuia laudis  
 Muneribus decorare suis, nullique priorum  
 Concessum, monstrare decus, cumulat a sub uno  
 Pectore magnorum praemia longa parentum.  
 Ergo age post primi cunabula latior aui  
 Da Famae da Musa uirum calcat aequae nullae  
 Ausonidum certo fastigia corripe passu  
 Nec tibi Parrhasi delectum more petenti  
 Iunoni tabulam Siculo cum pingeret olim  
 Vna det urbs lectas quasita exempla puellas  
 Sit Babylon sit Roma licet sit maxima rerum  
 Ne dum Trinacry's Acragas non primus in oris  
 Ante tuos oculos ingentis machina terra  
 Cumque suis late pateant cultoribus urbes,  
 Quas Notus et Boreas, quas Sol Oriensque Cadésque  
 Aspicit

Aspicit a primis ad nostri temporis annos  
Hinc tu magnorum effigies & gesta uirorum  
Et studia & mores quos quouis tempore sumptos  
Arbitrio dispone tuo imparibusque recepta  
Partibus exacta simulacra repone figura,  
Qualis apes uarijs cum prata coloribus halant  
Hos petit atque illos sollerti indagine flores  
Collectumque ferens in cerea tecta liquorem  
Dulcis composito distinguit nectare cellas,  
Aut tessellatis qui uermiculata resigit  
In tabulis pictorae solum qui marmore crustat  
Qui spatio fallente oculos in minima partem  
Segmina componit uarias imitata figuras  
Quaquam autem forma puero iuuenique uiroque  
Contigerit par usque decus patiensque laborum.  
Corpus & aequales tanto pro corpore uites  
Altaque multiplici proauorum stemmate constant  
Nobilitas patrys toties ornata Trophæis.  
Ampla domus late cunctarum copia rerum  
Non ego Fortuna dotes & munera cuiquam  
Natura decori uertam cui contigit unis  
Laudibus ijs magnum sapere & se credere calo  
Ad superos animi uires Gentemque beatam  
Dant aditum summoque locant bona mentis Olympo  
Hinc puer ingenti sacra uirtutis amore  
Captus & ijs stimulis Medices agitatulus,  
Quos nam ille dies momentaque temporis egit  
Nauiter, ad summa properans fastigia laudis,  
Quam comis, quam mitis erat, quam fronte serena  
Latus & ingenio facilis semel hausta tenebat

Acer & alloquiis promptus cautusque serendus,  
 Se nulli præferre boni laudator egenti,  
 Largus & usque sibi constans non dextra tumentem  
 Viderunt non leua humilem, sic Martius olim  
 Marcellusque Solonque fuit, solersque Pericles  
 Non alius grauitate Cato, pietate Lycurgus,  
 Religione Numas, Minos probitate fideque,  
 Attilius Masanissa nouum sanctumque pudorem  
 Queris Amazonium talem uidistis Athena  
 Hippolytum, talis proles generosa Thyanes,  
 Et Capitolina tentat a libidine uirtus  
 Hac spectanda temus pueri signetur Iuli,  
 Pendenti titulo effigies alta ne latentes  
 Tam multas animi facies uariosque recessus  
 Exacte prompsisse meis temerarius auctor  
 Iactarim numeris cum corpora pictor apertos  
 Mensura sortita modos, certasque colorum,  
 Quas capiunt oculi species perfecta negarit  
 Supremam exegisse manum felicior ille  
 Successu cuius tabulas contingere nemo  
 Substinuit capta forma prohibente figura,  
 Qui tamen illius Venerem superauerit olim  
 Inuentus mea successu sint uos a secundo,  
 Ingentemque ferant uates ad sidera famam  
 Auspicio meliore uiri uincamur inertes  
 Dum meritos referat uirtutis Iulius honores,  
 In uotis hæc prima meis laudare parauit  
 Quisquis in hoc primam tulerit certamine palmam  
 Vos age Musarum proceres felicibus astris  
 Huc uigiles animos curasque intendite uestras.

Materiam indulget princeps cunctaque labori:  
 Surgite adeste iuuat generosi pulueris haustus  
 Arentem posita fines circumdare meta.  
 Quem dederit fortuna loco superique fauentes  
 Ne tamen ingentes ausus & maxima rerum  
 Deterat angustis leuior fatura supinis,  
 Ingenij numeris animi circumspice late  
 Regna, duces, populos, praeclaraque gesta mirorum.  
 Assyrios Medosque feroces Persasque superbos  
 Arsacidas Paeonosque truces, Nomadaque Tyraves,  
 Victoresque duces Macedum, proceresque Palaeges,  
 Ciuiles his iunge manus Romanaque corda  
 Fabritias, Curios, Brutos, acresque Camillos,  
 Scipiadas, Fabios, Paulos, Drusosque, Neronas,  
 Publicolas, Scauros, Catulos, Celeresque Mactellos,  
 Flaminius, clausos Decios, mistesque Lucillos,  
 Et cum Pompeijs mætricia Caesaris arma:  
 His tu si qua petis puero de fontibus hauri  
 Indefessa ruunt plenis tibi flumina ripis.  
 Dant iuga dat campi liquidas cum uallibus undas,  
 Hannibal ingenium solers patiensque laborum  
 Robor & aequat & largitur munera uitæ,  
 Nec tibi pauca dabit N Africa legente senatu,  
 Optimus & magnis iunctus patruelibus acer  
 Lælius, & Graia cauti Philopemenis artes,  
 Pelopidas, Epaminondas summique Laconum  
 Gracchorumque domus, & quos mora longa refert  
 Tot proceres tot magnorum decora alta uirorum.  
 Hinc animi prudentis opes, & robor a mentis  
 Intrepida, mistique decus cultusque modestus

Deligo & argentem matrum uestigia prolem  
 Nec pueri simulacra modo iuuenisque decorem  
 Effigiem ponas collatis undique membris  
 Matura sed mente uiri formetur imago,  
 Qui Latias Patriaque simul moderetur habenas.  
 Inspice nunc alio natumque lumina campo  
 Pythagoras & Aristoteles diuosque Platones  
 Socraticaque domus seriem sophiaque ministros  
 Brachmanas Nardosque repente sub axe Sophistas  
 Rursus ab his alias tecum tris pone figuras  
 Sic animi poscente nota sic legibus aui  
 Nec non legisferi comprehensa uoluntate moesa  
 Magnorum monumenta patrum seriemque perenne  
 Iudei recolat generis summosque uidentes  
 Regnorumque uices roci diuinaque moenia gentis  
 Usque sub extremi disiecta altaria templi  
 Perpeffumque deum & nostra primordia legis  
 Inde trecentenis animo complectere lustris  
 Quos natura uiros in luminis edidit auras  
 Quam multa pietate graues quam fortibus actis  
 Haec dabit extremos sublimis imaginis orsus  
 Materia, haec grato finem cumulumque labori  
 Afferet, & dignas tanto conamine laudes,  
 Seu cordi est puerile decus, splendorue iuuenta  
 Robusti seu forma uiri, specimenque senecta,  
 Ipsa autem quamuis late quod carpere possis  
 Verius, cupidis dent exemplaria uotis.  
 Non tamen ad uirum collatis undique membris  
 Emicat artis opus, perfectaue mentis imago,  
 Plurima cum dederis, nam plura requirit, ut ignis.

Hercinia nactus saltus nemorosaque tesqua.  
 Talis erat quondam nulla superabilis arte  
 Pictorum uultu pariter Demetrius asper  
 Et matris cuius ueram si pingere nulli  
 Contigit effigiem palmam certatibus illis  
 Promeruit signo propius qui spicula torisit  
 Quid negat equato paribus certamine telis  
 Impugnans prodire mihi laudemque mereri  
 Quod nisi iam pridem spatys excludar iniquis  
 Altius a primo repetitis fontibus auro  
 Naturam moresque uiri peregreque domique  
 Fortunaque uices exanclatosque labores  
 Claraque perpetuo reserasset carmine gesta.  
 Qua pietas et quanta uiro prudentia, qua uis  
 Ingenij, qua luce bonas tractauerit artes  
 Iustitia, rectique tenax, quam pectore forti,  
 Et quibus ille suos animos moderatur habenis,  
 Quos casus, qua mente tulit, quam charus amicis  
 Quam patria, quam cognatis, quo tempore quoque  
 Ordine pro merito, per quos sit nactus honores,  
 Populos proceresque sibi deuinxerit aequis  
 Officijs, probitate, fide, sollertibus actis,  
 Constanti, largaque manu, ingenuoque pudore,  
 Publica priuatis praeponens commoda rebus.  
 Sed reuocat fessis properante auriga quadrigis  
 Transmissaque iubet tandem consistere meta  
 Quis tamen hac intacta sinat, tacitusque relinquat  
 Qua pietate graues Patriae moderetur habenas.  
 Omnibus ac certo pariter deuictus amore  
 Ordinibus metui fugiat, latetur amari



Ciuibus aquatis meritis partitus honores,  
 Nec modo poscenti faciles accommodat aures  
 Allicit, inuitatque bonos, & prouocat ultro,  
 Munificus, summisque uacans, non despicit in a  
 Priuatim quibus ille modis, quos pauid agenos  
 Afflictasque erexit opes, quae publica, quotque  
 Ornamenta parat, & magna consulit Vrbi,  
 Fortuna qua iura sinum, & temporis & lex,  
 Improbitas motusque graues, & turbida caeli  
 Sydera, res hominum uario quas antea fluctu,  
 Quod si quis placido nostros Deus ore labores  
 Respiciat, certumque olim mortalibus agris  
 Acceleret miseratus opem, dirumque furentis  
 Effera sanguinei compescat praelia Martis,  
 Nata parentis opes referens Florentia Roma  
 Candida coetilibus mutarit marmora muris.  
 Exemplis Auguste tuis, (modo uita superstit)  
 Non frustra sperare datur sub praeside tanto,  
 Qui uigilem partes animum diducat in omnes,  
 Nulla putans indigna sua mortalia cura,  
 Ille graues passis casus Stygiique ueneni  
 Vlcer a Paeonias non admittentia dextras  
 Morborum fomenta, domos, alimenta, ministros  
 Instituit, diram superantia munere sortem,  
 Ille & uirginis ingentes catibus ades  
 Quattuor, & uictum pariter cultumque parauit:  
 Hac ego non ducam fixis potiora trophaeis  
 Si pietas, si religio, si numinis ara.  
 Prima tenent, cultuque Deum mortalia cedunt  
 Nec patruale minor, quondam Nafica receptum

Matre Deum sacrisque fuit Phrygiaque Cybele  
 Parta tamen si quem munitis oppida muris  
 Quæsitæque uiuant duris in montibus arces,  
 Hac quoque Inleis arridit gloria rebus,  
 Hoc dux non equitum turmis, peditumque catervis  
 Armorumque graui strepitu, non sanguine fuso  
 Imperij fines promouimus ardua Thufcus  
 Fascibus Vmbrigena cesserunt mœnia terra,  
 Quæ neque fulmineos ignes imitata Tonantis  
 Horrifonis tormenta modis, nec mille carinis  
 Atrides Ajaxque ferox & diuus Achilles  
 Sterneret, et decies geminato milite Xerxes,  
 Dum uigilæcludit saturos custodia muros.  
 Nec sopita Ligur inuadit culmina miles  
 Aut antra grauis subit fumus, uanique timores,  
 Commendat Fabium sine cade recepta Tarentus  
 Oppida tot laudi non adscribentur Iulo  
 Auspicijs quæsitæ nouis Telluris Hibera.  
 Scipiades uicta Carthagine protinus inde  
 Non obscura tulit peritura oracula Byrsa  
 Quis sperare uetat superum maiora peractis?  
 Quid non summa boni, uirtus promittit Iuli?  
 Aspice quos hominum procures, quæ lumina rebus  
 Iussit adesse suis, componat publica, per quos  
 Et priuata uiros quem das ex ordine tanto  
 Immunis, quem laudis agas hinc scilicet omnes  
 Principis est animos & apertos cernere mores,  
 Hippolyto uenator adest, pugnator Achilli,  
 Sæctatur Brutos Thræsea, Heluidiusque Catones  
 Compatrie quisque suo capitur, gaudebat Homeri

934 *ANDREAE DACTII*

*Magnis Alexander numeris multumque Ataroni  
Augustum indulgisse ferunt, quem dixeris illum  
Doctorem quem turba virum comitatur & ambit,  
Cui neque uulgarī famulatur nomine turba,  
Prosequitur magnis omnis quem laudibus atas  
Quem pariter pueri que colunt iuuenesque senesque  
Quem populus ueneratur, amat sanctusque Senatus  
Cum patruele, Poli curas terraque gerentem  
Quem, quoniam meritis non est effingere uerbis  
Inuentis canti liceat signare Timantis  
Iphianassea pingentis sacra Diana,  
Nunc acer montis grauioribus instet Apelles  
Protogeni tempus tabula subduere dextram  
Eius.*

*ANDREAE DACTII STILVS*  
*in laudem Andrea Dorij*  
*enarrata.*



*Alphei celebres cantata ad flumina palmas  
Non semel Ogygia uates telluris alumnus  
Dixit. & aurati donatus munere pleetri:  
Restituit ueteris Patria qui iura Decoris.  
Et sibi qui secta tersit mox probra Lacena:  
Anidumque sacris Sappho dignata choreis:  
Sed laudum quae summa? quibus uictoria gestis,  
Diues ad astripheri fastigia surgit Olympi?  
Alipedum, & quales astu non uidit Vlixis  
Xanthus e quos, celerim stadio flexisse quadrigam.  
Incisa bisseuo metam quae cingeret orbe.*

Optata demum titulos habitura corona,  
 Si bene propofiti legem certaminis edat,  
 En fumme virtutis opus, quo non datur ultra  
 Pergere, mixt fraxis capiant cum manibus urbes,  
 O falix martiale genus, molitur equinus  
 In calami cui cursus iter, quod sidera supra  
 Extollunt, olea frondes & pinea ferta.  
 Inque deum falio, statuunt gremioque Tonantis.  
 At non tam fortis sonipes, non pinguis oliui  
 Vnguina, non agiles uaria ad certamina dextra,  
 Natura praesentis opes, fatique benigni,  
 Pierias mouere fides, & carmina Vatum,  
 Perpetuis commissa notis, quam pectoris alti  
 Nobilitas, partumque decus studioque manuque.  
 Tum maior fortuna animus, uitaeque perennis  
 Splendor, & inuicta constans in pectore uirtus.  
 Dixeris, unde uiros tales ex sacula nobis?  
 Vnde Hiero Cromiusq; tibi et cū Psauimide Teron?  
 Sic mihi Pindarica dignum testudine carmen  
 Contingat, paribusque modis Helicon mouere,  
 Vt Graia potior a byra, numerisque Latinis,  
 Gesta Ducum procerumque, recens bellicae domique  
 Non obscura canit uario certamine Fama.  
 Praecipuum tanto tibi quem legis, è grege Clio?  
 Nam cui promerita referes praemia laudis?  
 Communis mercede boni, partaeque salutis  
 Homine, qua gelido torpet Germania calo,  
 Vsq; sub extremas Thyrreni littoris oras.  
 Quis enim uirtute uiri gestisque, furentes  
 Tuxcarum cecidere animi, dextraeque minaces?

Qua terra congressa acies? lituique tubaque  
 Martia collatis cecinerunt classica signis?  
 Arcanos diuum monitus & monstra secutus.  
 Ancipites Danaum procures qui compulsi astu  
 Concordi commune decus defendere dextra.  
 Barbaraque angusto Salaminis gurgite fudit  
 Agmina, constrata telis & sanguine multo  
 Corporibusque virum, lacerisque triremibus unda.  
 His Aristida Titulos his adde duelli  
 Nomen, & Aeneadum clara de stirpe nepotum,  
 Navali quotquot cinxerunt tempora lano  
 Num tandem inuenies (aquo ex animere rerum)  
 Quem conferre queat, nedum praeferre uerastis.  
 Scilicet audaces Cilicum magno agmine classes  
 In magni uenere manus, legesque senatus.  
 Quid nis? Romani iunctis cum uiribus orbis  
 Ambierint densa puppes indagine Pontum.  
 Arctus ab occaso qua se diffundit in ortus  
 Ad Notam & Boream sinuosa per aquora Nereus.  
 Hinc Syrtes Libyamque premens, & prexima Nilo  
 Hispanos Celtasque illinc Ligurumque recessus,  
 Thyrrenosque sinus quasque alluit Hadria; quasque  
 Ionium Aegae miscet mare littoris oras,  
 Usque sub extrema Cilicum confinia terra.  
 Victorem uicto confer. cessere potenti  
 Imbelles, uel si fortes placet esse, profecto  
 Cesserunt pauci Domino terraque marisque.  
 Et qui penè puer Magni cognomen adeptus,  
 Quem sua, quem Patria, pariter fortuna foueret,  
 Tam bene tam multis belloque togae peractis.

Nec si certantum classes Salamina sub ipsa  
 Inspicias, numero superavit Barbarus hostem.  
 Augusto prohibente freto, cum ferre uicissim  
 Posset opem fesso nullus, sed testis adesset  
 Spectatorque mali, quod iam sibi ianuque timeret.  
 Eminus umbella pugnam cum mollis ab aura  
 Profficeret, iam tam dignus qui cœcula parua  
 Tranaret cimba profugus, licet Aulida ductor  
 Vincat Achemenius, non inferiore paratu.  
 Quam tota Atrida superarit Achaia puppes.  
 Præstitit id natura loci uictoribus, imo  
 Consilium, cautæque uigil sollertia mentis,  
 Quæsitusque manu terror nomenque, decusque.  
 Nec tamen inuidia quondam uexata furore  
 Incluta gesta latent, calces licet, ætheris alti  
 Summa micans tandem superat fastigia uirtus.  
 Ut qua pressa diu Siculis fornacibus arsit,  
 Æthereas tandem bacchatur flamma sub auras.  
 In præceps, ut lapsa iugi de uertice summo,  
 Obicibus raptis Torrens, late furit unda reuulsis.  
 Vnde aliquis tanto saltem metus ingruat hosti.  
 Nempe tuis igitur Ligurum Dux inclute factum  
 Consilijs, opibus, studijs, ductuque, manuque,  
 Barbara Pannonijs cessere quod agmina terris.  
 Tu Pelagi seruare nices Calique peritus,  
 Armatasque fera classes committere pugna,  
 Per maris Hetrusci fluctus, Siculumque per aquas  
 Icarias emensus aquas, & Cretica longe  
 Litora, nec Borea permis, nec tardior Euri  
 Insequeris toto fugientes aquore Turcas,

Ionios æstus inter Maleaque sequacis,  
 Vsq̃ue sub Aegæi scopulos & saxa profundī  
 Inde fugæ nullus cum iam modus esset, & anni  
 Tempora, resque magis terras tentare monerent,  
 Finistimos portus, vicinaque litora, & urbes  
 Naupactum, & parili nō subdis & arte Coronem.  
 Præsidys quæ loco positæ victoria constat.  
 Quæ Platani folio similis diffusa per undas.  
 Insula, Tænæa sortitur nomina prolis.  
 Magnam & perpetua dignum per sæcula fama,  
 Tam celebres tanto magnæ corpore Regni,  
 Inuasisse urbes facinus, sed capta tuæ  
 Oppida, & acclausos pariter terraque marique,  
 Per medios hostes, per tela inimica, per ignes  
 Inuenisse viam ferro, largeque tulisse.  
 Annonam, arma, viros, & quicquid poscere usus  
 Obsesseque animos & vires adderet urbi,  
 Quam prope mortali capti maiora, deumque  
 Proxima consilijs prudentem hic Nestora ponas,  
 Tydida hic inuictum animū Martique timēdum,  
 Hic, V. afri captus & facundi pectus Vlixis,  
 Vix tamen h̃ faciant omnes, quæ fecerit unus.  
 Aut (quod Achemenidū potius certamina Regū  
 Hæc referunt) confusus opum cum mole suarum  
 Victorem Xerxes vix dum præcinctus agebat,  
 Abstulit & numero mensura superbior ipsi  
 Debita, cum flagris cadi, cum compede iussus  
 Vinciri, pontem quod fregerat & non Sigæus.  
 (Quæ brevis Europem Asia determinat Helle)  
 Spartanos pene ergo duces, commentaque cantū

Tut a Themistoclis, patria qui sede relicta,  
 Suasit Erechthidis, seque & sua credere Ponto,  
 Quid si nostrorum serres operosa laborum  
 Vt Graios quondam populis gentemque togatam,  
 Nos quoque Barbaricis amat exercere procellis,  
 Ex alioque frequens alio iactare periclo,  
 Quid mihi Cecropijs concessum demit Athenis  
 Spes animi? quid me Libycis opponere turmis  
 Scipiadas, Fabiosque metat, quid Persida contra,  
 Spartanosque duces clarosque Themistoclis astus.  
 Pracipue cum iam celebres discrimine certo  
 Obtulerit res ipsa viros terraque marique  
 Namque quid (ut titulos alijs unius omisis  
 Prosequar) antiqua quisquam desideret artis?  
 Fortuna quas optet opes? quos in Duce summo  
 Corporis egregy vires, molemque, decusque?  
 Quae tibi non multos olim praestauerit annos  
 Dorius Andreas, praestetque senilibus annis,  
 Membrorum ingenti pariter sensuumque vigore,  
 Quam prope mortali maiora cupidinis haustu. (car?  
 Quae prima, aut quae summa sequar? quoue ordine das  
 Vltima prima mihi sint prima nouissima prorsus  
 Atrida magni quod concessere Poeta  
 Digna viri imperio facies, sceptrisque superbis  
 Consors ipsa sibi, maiestatisque uerenda  
 Et uultu & cana promissa in pectora barba.  
 Et quamuis longa ueterum splendore parentum  
 Fulgeat, & proauos maiorum ostendet auium  
 Stema domus, quacunque mago furit impete Nereus  
 Imperijs opibusque potens & clausibus olim



Hispanumque ducem Siculis immiseris oris.  
 Tu tamen antiqua laudes & nomina gentis  
 Magnorumque decus superas & gesta parentum  
 Vt stellas Phoebe, Phœbem Tithania lampas,  
 Vt patris Oceani fluminales alueus undas.  
 Nixus mole tua & rerum splendore tuarum  
 Venturis lucem populisque titulusque daturus,  
 Quippe peragratis quae gesseris, & quibus ardens  
 Incumbas, quibus officijs fungaris, ut aequae  
 Ostendas tanto dignum te cardine, teque  
 Undique descriptis virtutum floribus ornes  
 Quo steterint humana loco, quid sidera monstrent,  
 Moliri maiora Deum sperare necesse est.  
 Et quam visa, magis concepta in pectora nam cur  
 Vt magno constat Latio-Celsisque periclo  
 Quo tu cunae tuae flectis molimina classis  
 Insequitur lato facilis victoria cursu?  
 Te Libya Maurusque timent, Nilusque Pharusque  
 Et qui terrarum summam iam terquet habenas  
 Turcorum Dominus, maior licet agmine classis?  
 Nam tibi nec nomen (quamquam fortassis & illud  
 Est aliquid quod fortis habes animique virilis)  
 Cognomen ne domus Narina à Doride ductum,  
 Imperium tribuere maris sceptrumque profundi,  
 Nec quod usus Maria felix ducare Peretrea  
 Coniugium & rarum columen virtutis adeptus  
 Cuius ut illustri morum certamine laudes  
 Fortuna generisque dedis per sacula fama  
 Altius assurgens fidibus Thymbreus Ethruscus,  
 Sic olim dum fata sinant, sublimis in altum

Tolletur Graia numeris Latiaque Camena  
 Cum consorte thori quem nec Rhamnuntis alumina  
 Dextra, nec arcani vis insuperabilis astri  
 Nec Regum studiumque ducum nec Caesaris aura  
 Tam celebri statuere loco, quam uinida uirtus  
 Iustitia rectique tenax & nescia falli,  
 Fortis in aduersis & non effrena secundis,  
 Docta modum finesque suos imponere rebus,  
 Officijs cumulare bonos, obistere superbis.  
 Quin immo omnipotens cunctarum ante omnia rerum  
 Quas oculis quas mente capis Rectorque Paterque  
 Et qui cuncta mouens quos uult effingit in usus  
 Arbitrio producta suo, non indiga nostri  
 Maiestas aeterna dei sibi conscia soli.  
 Quem Tellus Pontusque tremunt cui sidera parent  
 Hic te propositi laxare repagula cursus  
 Edocuit, medioque dedit certamine uires,  
 Hic dabit extrema fines circumdare meta  
 Hic tibi uictrici praeinget tempora lauro,  
 Vt properet, mihi lenta dies est, miserere laborum  
 Hesperia miserere tua. & si pectore non dum  
 Excidimus Rex summe tuo, da ducere nostris  
 Da ducibus celebres Turcarum ex hoste triumphos,  
 O quid tunc animi, quae mens erit us mea lato  
 Nescio quo saliant intus praecordia motu  
 Oblitusque mea uideor caliginis, o si  
 Nuncius ille mihi, si uenerit o ego quales  
 Conceptus quantas effundam ad sidera uoces  
 Quos numeros mihi Phoebe dabis, quae carmina Mus  
 Soluemusque nota quibus tibi Rector Olympi (sa?

Supplicijs, qua mente tuas sistemur ad aras?  
Post tua quæ mihi referent præconia Reges?  
Quas tibi summe Ligur clara cum coniuge laudes?  
Interea hac quæcunque animi cape pignora nostri  
Acturi tecum maioribus. omine dextro  
Exoriens si quis dederit deus ocia, si quæ  
Non ingrata mea fuerint tibi dona Thalia  
Andream ut prima cient extrema sonabunt  
Quo mihi letari liceat cognomine vinclo  
Quem natura grauiæ, uel fors coniunxit amoris  
Andreas Phæbusque parens doctæque sorores  
Andream triplicis recinet facundia lingue



AD ILLUSTRISSIMUM COS-  
mum Medicem Ducem Florentia se-  
cundum. *Andrea Dactyl.*

S T L V A.

Cui titulus *Anabiosis*.

*resurrectio*

¶

Superiore anno cum e castris literarys in aetna  
Sme recipere, consiliū fuit nonnullis naufragy mea  
cacitatis tabulas & in his familia uestra olim a me  
deccantant a praconia tuis, quas ampliore fatu partu-  
riebam laudibus iungere, & tuo nomini dicata iu-  
sto nolumine edere, perfecissemque, nisi me cardia-  
cus morbus inuasisset, cuius uioletia toto trimestri ne-  
cubiculo quidem pedem efferre licuit; nisi tantisper  
dum te tibi gratias acturus inuiserem, & auctora  
mentum mea seruitutis agnoscere; quares & si tuae  
benignitatis & clementiae spe mea saluti plurimum  
contulit, non ita tamen me mihi reddidit, ut elapsi  
temporis iacturam & amissas animi & corporis ui-  
res in integrum restitueret. Coactus igitur mutare  
consiliū omīssa quam conceperam hecatombe, thur-  
re & falsa mola facere constitui, & proximi anni  
agnitam praefationem quam non sine tua laude pro-  
nunciauerā & *Anabiosin* literarum scilicet appel-  
lare libet ad te mitto; praelibationem quandam et pra-  
gustationem eorū quae stomachi dolor importune qui-  
dem distulit, non tamen abstulit, modo uita superfue-  
rit, & quas tibi cura fore benigne pollicitus es fortu-  
narū mearū rationes, quod omnino tuo praesidio fretus  
procul futurū spero necessitatis imperio me nō subdi-

derint. Cape igitur hoc leue munusculū impar quidē  
 tua magnitudini, eiusmodi tamē, ut in eo promptior  
 obseruantia, et amoris erga te nostra seruitus non ob-  
 scure elucescat; & Apollinei spiritus si non illa ue-  
 roxur, & quorundam nostri temporis uatum ma-  
 gnificētia & uerborum elegātia appareat, non ni-  
 hil tamen inde concipias, quod à uulgo discernere &  
 posteritati non ingratum futurum iudicare possis:  
 nec minus immortalitatis gloriā non tam nostra in-  
 dustria, quā tui nominis amplitudine consecuturū.  
 Id quod mihi facile recipiam, si te mihi bene cupere  
 & nostra benigne complecti quæ tua constantia est  
 intellexero. Vale.

## S T L V A.

**P**rouida magnanimi clementia principis, ex qua  
 Instituenta dedit studiosa pectora pubis  
 Maternis Latysque simul Grayisque Camænis  
 Non concessuram laudatis munus Athenis  
 Alius & Glaucæ si quis sapit arte Mineruæ  
 Crediderim non absque Deo & maioribus actum  
 Auspicijs, fæctus superis opibusque potentis  
 Consilioque ducis & quos dedit inclita Virtus  
 Consortes tantorum operum & sacraia magni  
 Fida ministerij. Nec me pugnantia contra  
 Lurida tabifici terrent contagia Momi  
 Quicquid & inferni molitur dextra Tyranni  
 Quid tibi quid spondes mortali semino natus  
 Inuidiæ maiora graui fastigia morsu  
 Vix superis sperare datum? Sublimia Lino

Quæque petit magnisque furit contrarius ausis  
 Segnior extrema tentare piacula sortis  
 Perdita mi tristes agitent sic pectora dira.  
 Ut latho Thamyra vultu rumpantur & Irri  
 Infelix indigna viro miserandaque labes  
 Et qua nil grauius quamuis ferus expetat hostis.  
 Quis neget uberibus exundans fluctibus amnis  
 Ter gemino de fonte caput uenæque perennis  
 Ignotum per iter multis magnisque receptis  
 Undique fluminibus ingenti protinus alueo  
 Vasta reluctantis rupturam carula Ponti  
 Atque aliam ex alia uecturum merce carinas  
 Quàmlibet aduerso concurrant agmine venti  
 Interdum, atque astu fulua turbentur harena:  
 Hac tibi degeneres animos discrimina frangunt  
 Plurima terrestris hebetant quos pondera molis  
 At quibus ætheri uis mentibus insidet ignis  
 Cælestisque uigor sincerus originis illas  
 Non aduersa premunt rerum non prospera tollunt,  
 Intrepidæ fines intra spaciūque decori,  
 Turris ut ingentis suffulta cacumine saxi  
 Ingenio secura loci manuumque labore,  
 Non æstus, frigusue timet non flabra nec hymbres  
 Quippe recensenti ueterum monumenta uirorum  
 Belidæ commissæ notis summoque parenti  
 Natura impositas leges legumque ministros.  
 Occurrunt res & causæ calique meatus  
 Ventorum pelagique uices quo fœdere iussa  
 Sydereis elementa globis subduntur, & unda  
 Æma cathenati coeant, supremaque mundi

Aetheria mentes & opaca pondera molis  
 Nec minus interea Populorum gesta Ducumque  
 Accedunt socciue leues tristisque cothurni  
 Melpomenes, Regumque mina gladijque dolique  
 Aeolidū, Pelopisque domus Thracūque Phrygūque  
 Et quisquis Tragici peperit certaminis hircum  
 Instabiles hominum lusus pompaque theatri  
 Hac uelut aestiua matura caloribus aura  
 Protinus Autumni casura uolumine poma  
 Aut subito tumida surgentes flumine bullae  
 Molle quid Assyria censet diadema thiarae  
 Vix partum per lustra decem, & ter dena per actum  
 Sacula, Cornicis longo prolixius auro. et  
 Sardanapalleo tandem memorabile casu  
 Quam facile indulxit sceptrum Rhamnusia Medo  
 Ignauum pertesa uirum, moresque sinistros  
 Tam facile Astyagi uersa mox abstulit aura  
 Sed neque per longo Macedum certamine ductor  
 Stravit Achemenidas Indis totoque potitus  
 Persarum regno, nil non feliciter ausus  
 Et mox ciuili periturus fraude Veneni.  
 Ambitus hinc letale malū procerumque ducūque  
 Nec minus incertis leuis inconstantia Vulgi  
 Proditae discordiae lacerarunt viscera Regni  
 Dum nimium sibi quisque placet dum cetera dānat  
 Et studijs se quisque suis ardentius effert,  
 Ambitione furens & habendi perditus aestro,  
 Oblitusque hominis, quod erat iam desinit esse,  
 Qualiter Aeae sortitus pocula Cyrces  
 Hac ubi Cecropidas olim Spartaque colonos

Inuadit miseranda lues post Barbara Regum  
 Prælia & exaltum miserando funere Xerxem  
 Omnis ut Alectus Hellas stimulat a Ceraſtis  
 In gladios flammæſque ruit gaudiſa cruentas  
 Commaculare manus cognati ſanguinis hauſtus  
 Et lacerare feri quibus ira pepercerat hoſtis  
 Donec conſumptis per mutua uulnera Martis  
 Viribus obſcura Macedum de gente Philippus  
 Integer attrita domuit uirtute iacentes  
 O curas, o nota hominum proſ caca futuri  
 Pectora tu ſummos Graium prædatus honores  
 Connubijs operare nouis, & Martia tela  
 In Perſas Medoſque paras, tibi coniugis ira  
 Pauſaniaque dolor funus molitur; & ille  
 Non bene uitat æ fatalis mucro quadrigæ,  
 Et deceſſurus dubijs hæredibus ingens  
 Aemulus Ogygi uario certamine Bacchi  
 Cui nihil Orbis erat & uasti machina Mundi  
 Vt ſibi concepti prouincia uix quota Regni  
 Sed quacumque uiro tandem regione potiri  
 Contigit, in proceres ceſſit diuiſa potentes  
 Antiochos Crateros Perdiccas & Ptolemaos  
 Qui ueluti ta:ito cocuntes fœdere ſenſim  
 Conſumpto, Diuumque metu fideique pudore  
 Publica priuatis inuertunt iura rapinis:  
 Sed pereunt male parta, breui concurritur armis  
 Alterniſque uagus uariante Cupidinis aſtu  
 Mars furit inque uicem uictos uictoribus aquat.  
 Credideris tellure Iouem poſcente leuari  
 Mole hominum rurfus Thebis regnare cruentos



Oedipodas Momoque Hebenam suadente repositi  
 Barbaricos Sterni Graios Italosue furore  
 Nam de Romanis non est leue dicere rebus  
 Nil non praeipuum nil non memorabile quondam  
 Roma tulit: quibus orta modis? quibus aucta? potētis  
 Protulit imperij fines Respublica quales  
 Quotque dedit facunda viros: studiosius omnes  
 Europes Libyaeque urbes Asiamque pererrat  
 Praceptor Traiane tuus, tum denique late  
 Orbe pererrato totus non sufficit ima  
 Suppeditat quot Roma viros peregraeque domique  
 Insignes Terra atque Mari belloque togaque.  
 Hac post exactos medio prope tempore Reges  
 Contigit Attalicis Asiam rationibus haeres  
 Mox Macedum sensim Regni decus obruit armis  
 Serius & septem rerum post saecula Princeps  
 Hoc mansura diu quo lentius aucta supremum est  
 Imperij sortita decus nomenque per omnes  
 Tempus ad hoc gentes cunctis uenerabile Terris  
 Scilicet has leges aeterno fœdere rebus  
 Imposuit Natura parens nascentia ferri  
 Diuersis diuersa modis cadere orta, senectae  
 Nexibus aucta premi atque in se sua quaeque reuerti  
 Alta petens lento sublimis stipite Pinus,  
 Quercus amica Ioui Sylvano sacra Cupressus  
 Esculus & uarios Abies subitura labores  
 Quaeque aliae tardo tollunt fastigia nixu  
 Nullo aestus hyemisque metu Boreaeue Notue  
 Damna mora longa senij statione reponunt  
 At teres & curuo uentosa cucurbita dorso

Capreolis nitens & flexi palmite caulis  
 Arboris amplexa ramos & brachia cursum  
 Implicat hac celeri per summa cacumina lapsa  
 Exit & immixtis diuerberat astra flagellis  
 Protinus autumnus primos casura sub hymbres,  
 Quin et quadrupedum et uolucrum generisque natatura  
 Arborei fatas fruticumque & graminis herba  
 Appropinquata cito, tarde sero aucta senescunt  
 Haud igitur nostra miserranda negocia uita  
 Dissimili ratione fluunt & si qua potestas  
 Concessa est nefana tuo fortuna furori.  
 Parcius humani turbare uolumina uiris  
 Hac in parte datum cursumque inuertere rerum  
 Assyry Macedo quartam pertingere Regni  
 Non licuit nec Persa tibi Macedumque Tyrannis  
 Casareum stat nomen adhuc nunc tempore quondam  
 Finibus & ualidis longe prestantius armis  
 Forsan et in ueteris rediturum laudis honorem  
 Præpediant ni fata uiam frustra que locuti  
 Irrita fatidici cecinere oracula uates  
 Et iam prima noui deiecta repagula cursus  
 Monstrare uiam sed quod delere negatum  
 Transtulit in Celtas olim Germanaque castra  
 Hesperiasque plagas extremaque gentis Hiberos  
 Angustum Dea ceca iubar fascesque superbos  
 Ne foret ad summum cuiquam decus inuius orbis  
 Et prope par superis hominum genus omne potestas  
 Ad uirtutis opes laudumque accenderet ignes,  
 Quodque bonum felixque usquam fert terra, pateret  
 Nec minus humana retegens ludibria uita

*Et faciles summo rerum de culmine lapsas  
 Sanguinis hac eadem Cyri caput intulit utri  
 Cambysaque femur ferro transegit acuto,  
 In tenebrisque magos Persa feriente cecidit,  
 Gutturaque optato Crassi nimis imbuat uero  
 Hinc bonus insidijs Palamedes casus Ulixis  
 Et meritis Ajax armis spoliatus Achilles  
 Hinc Cimon itidemque Themistoclis insculta uirtus  
 Hinc & Aristides laudis nullius egens  
 Exulat ingratis nequicquam iustus Athenis  
 Nam cui Socratica debentur fata cicuta  
 Et Titus orbis Amor cognata fraude peremptus  
 Scipiadumque domus Libyca post funera cladis  
 Denictasque urbes Asia Regemque superbum  
 Exilia & cades & inulta ciuibus umbra,  
 Et quibus indulsit lacrymas & munera prado  
 Non secus ac magni ueneratus numinis aras  
 Iam neque concedunt exempla recentia priscis  
 Iurata testanda fide, nec tempus ab auro  
 Ad ferrum deducere opus, patrumue sub annas  
 Qua nostra fecere manus, quae uidimus & quae  
 Pertulimus per lustra decem, sed plura referre  
 Musae negat frenisque uagos stimulisque iugales  
 Coge sub extrema cingenda uolumina metas  
 Quicquid id est igitur placuit quid nomine dici  
 Fortuna, siue est usquam, seu fingimus ultro  
 Natura plerumque suas opponere vires  
 Gaudet & ingenti contra certamine niti  
 Ac quacumque potest inopino cuncta tumultu  
 Miscere & seriem tenere pervertere rerum*

Qualiter borrenti Boreas a cardine Mundi  
 Ruris opes prostrernere amat Zephyrique tepentes  
 Flamme concreta campos sedare pruina:  
 Cum tamen inter se concordia pace feruntur  
 Inque uicem placida nexu iunguntur amico,  
 Tunc omnes implent numeros certantque uicissim  
 Accumulare nouis ingentia munera domus  
 Roboris, artis, opum, generis, uirtutis, honorum,  
 Aut si declinet obliqua examina lanceis  
 Omnia diuerso contraria limite ponas.  
 Atque ut ad incepti referar primordia cursus,  
 Incluta doctorem relegens monumenta uirorum.  
 Multa reluctantis uideas certamina sortis  
 Paucis simul lati coeuntia foedere Socci.  
 Sed tamen hac stabili cernas quasi lege teneri  
 Ocyus & ualide nimum crescentia pingui  
 Fertiliusque solo properata arere senecta.  
 At modico sensim, qua stipite prouenit, arbor  
 Et quasi nodosa cursum prohibente podagra,  
 Altiis haeret humi longum mansura per aeuum,  
 Has elementa uices & ab his generata sequuntur  
 Et Latonigenae subeunt qua cornua Lunnæ  
 Gens hominum ante alios flocci, nam cetera pendas  
 Et qua nam ratio ratione carentis habenda,  
 Ergo agite o quisquis nostra exercere palestra  
 Et mecum gemina letaris agone Minervæ  
 Vel modo materni flauescis puluere campi  
 Huc aciem mentisque oculos aduertite uestra  
 Si quando dignum titulis & laude parentum  
 Pectore concipitis robur uerique decoris

Feruet inextinctis circum praecordia fomes  
 Aut si fortis nigor caelestis originis atra  
 Nube latet caecaque iacet caligine pressus  
 Quod (proci d' auertant superi) nudisque tremendum  
 Verbera dura truci scapulis incumbit anance.  
 Corporis atque animi cunctas intendite vires  
 Quasque ferena comas occasio porrigit ultro  
 Corripite, & aelis remisque impellite puppim.  
 Iam prope tranquilli portus securi iuuentus  
 Post tot Olympiadas post tot discrimina tandem  
 Venit ad insuetas optatae nuncius aures.  
 Pacis pro superis propriam concedite queso  
 Et iuuat exacta meminisse pericula uitae.  
 Dulcis ut haustus aqua longo sitientibus aesto  
 Vt diuturna fames epulas commendat agrestes  
 Mitis adest posita Tritonia Gorgone Pallas  
 Cineta comas olea folijs & fronde nitentes  
 Proque sagittifera gaudet tractare pharetra  
 Barbiton Haonio residens in uertice Phoebus  
 Thespiadumque choros inter Nymphasque sorores  
 Dulcia Cyrraea celebrare umbracula rupis  
 Hac tibi cum multis commania respice uero  
 Prinatae miranda tua praesagia laudis.  
 Quod Roma uix Marte dedit precibusque coactus  
 Sponte sua liber tibi caelitus obtulit orbis.  
 O nimum dilecta Deum Florentia Regi  
 Tum modo clara fove Patria commertia lingua  
 Quae reges populi que petunt discunt que colunt que  
 Ista dabunt celebres quicquid docuisti Athenae  
 Quaeque latent Sophia studiosis edita cartis

Post modo uel pueris facili capiunda labore  
 Hac Urbi non parua olim portendere sanus  
 Quis neget? inuitant superi & mortalis egestas  
 Et cui deesse nefas pietas & cura nepotum  
 Aequa uoluit antem nil desperare quod ausis  
 Spe tandem maiora tua circumspice causa,  
 Cum ferus horrificis fremeret Mars undique turmis  
 Largus opes studijs indulxit & ocia Cosmas  
 Quid faciet placide fruimur cum munere Facis  
 Per uigil excubijs instat noctesque diesque  
 Cura uiri fluat ingenti licet impete praeceps  
 Transadigat montes sectam Babylona peragret  
 Eufrates siccis tandem periturus arenis.  
 Dum meus exiguis erumpens fontibus Amnis  
 Verberet aquoreos septena per hostia fluctus  
 Tuque audita memor referens praconia clames  
 Nil non sperandum Cosma duce & auspice Cosma  
 Cum consorte Thori uotis maiora daturus,

Finis.

MAGNIFICO ATQVE ECCEL-  
lenti utriusque iuris Doctore, nec non il-  
lustriss. Cosmi Ducis Floren-  
tia à secretis et consilijs  
D. Lelio Tanarello.

## ANDREAS DACTIVS.



SATYRA seu magis placet SYLVA, titulus est, Ver-  
na profectio; In ea primum montis Regij de-  
scriptio est aqua scatebris amani, Deinde pro-  
fectionis causa ex tedio urbanarum rerum obor-  
ta: mox aduentus Fuluij tedio pariter affecti collo-  
cutio inter eos ad extasim, tam profunde ut temere  
longius profecti: ad tergeminum fontem tandem re-  
grediantur & hora iam poscente, de prandio, & in-  
tinere disceptatio, & orta repente discordia, quam  
superueniens hospes amice componit. Accurata & il-  
la descriptio, ad quam inuitati accedunt, & opipa-  
rum modesti hospitis conuiuium uerni ieiunij dapi-  
bus comparatum. & demum concors reditus in Vr-  
bem. Hoc fabula argumentum, In uniuersum au-  
tem tenuium rerum accurata descriptio conquisitis  
undique uerbis honestioribus & rerum uarietate, et  
ut dicendi genere materia tenuitas amplificaretur  
Maronis exemplo in Georgicis. Hac breuiter scripsi-  
mus ut ex argumento & aperta animi nostri senten-  
tia uir in magnis reb: occupatis. discernere facilius  
possis, quid de nostro abortiuo morbosis parentib. orto  
sperandum sit, id est an uitalis & uita dignus nu-  
triendus.

Vale.

SATIRA. QUAE ET VERNA  
PROFECTIO.

❧

**A**rdua Fesulea menso fastigia molis.  
 Ad Boream modico se uertice Regius offert  
 Mons scatebris prædiues aqua uenaeque perenni,  
 Ter gemino qua fonte cadit: strepituque canoro  
 Grata uiatorem liquidas inuitat ad undas.  
 Huc ego quindenî tandem sub sydere Veris  
 Pertesus curasque graues urbemque domumque  
 Meque ipsum dum forte uehor comitante ministro  
 A pedibus uix prima domus uestigia portis  
 Extuleram fremitus & uox ferit eminus aures  
 Quò properas? heus Aule mane, subsistimus, ecce  
 Improuisus adest, quo non mihi iunctior alter  
 Fuluius Hesperij's nuper regressus ab oris.  
 Quod te consilium, quis te Deus huc agit, inquam?  
 Fors ait & dubia grauis inconstantia mentis  
 Ire libet quocumque trahit Fortuna parato.  
 Quàm bene quàm pulchre nos inter conuenit, ergo  
 Pergimus & uario rerum sermone uicissim  
 Nunc ludicra uagi serimus: nunc seria sensim  
 Nostra peregrinis antiqua recentibus orsi,  
 Conferre & multa multorum laude merenti  
 Ius dare cuique suum, iustaque expendere lance  
 Martis & indomita studia ingeminata Minerva,  
 Tam magno pulchrique alto certaminis astu  
 Ut prope sopitis nimia dulcedine palma,  
 Sensibus una sibi totum dum uendicat auris,  
 Ius anima arbitrio temere ueheremur equorum.



Trans mihi principio concepta pradia Villa  
 Cum famulo simul immemores nostrique nequo  
 Ad passus propè mille leuis spaciantibus error  
 Paruaque nec multo iactura abolenda labore  
 Obuersis igitur proris uentisque uocatis  
 Vela damus Trifida repetentes murmura limpha,  
 Illa equidem sitiente meo socyque caballo  
 Et famulo poscente libens audis que reuiso  
 Nam liquido currentis aqua strepituque cadentis  
 Egregia ante alios oculos oblector & aures.  
 Præcipue cum Vere nouo iam gramina surgunt.  
 Candidus & Tyrij Sol appetit astra iuuenti.  
 Tunc anni quod tempus erat iamque hora premebas  
 Nona diem uentoque carens & nubibus Aethon  
 Arida cliuosi siccabat pradia ruris  
 Cum bene curatis uectoribus altera mentem  
 Cura subit, qua parte cibum, qua sede petamus.  
 Nullus erat mihi notus ibi, & si forte fuisset  
 Clausa repellabant adeuntes hostia uentres.  
 Pascere ruricolæ aliquid nece durius omni  
 Esse uidebatur famulo, quique nouerat horum  
 Perfidiæ, mentesque truces odi que uenenum.  
 In cunctos nostro præsertim tempore ciues.  
 Consulitur, quæ stet sententia castra mouere  
 Cuncta iubent propere tolli uexilla iubentur,  
 Fortunamque sequi, mutatis sedibus olim  
 Accessisse uiris longe maiora relictis.  
 Pulsa Tyro magna Dido Carthaginiæ arces  
 Condidit, & Libya late regnauit in armis.

Antenor Patavi sceptris solioque potitus  
 Nec minus Aeneas Latio maioribus usus  
 Intulit auspicijs Vestam uictosque Penates  
 Vnde genus domina traxere palatia Roma  
 Surgit ad hac ut saepe solet solamen in arctis  
 Religio, quæ sero iubet ieiunia solui  
 Nec nisi uicina medij iam parte diei  
 Fas cuiquam positis epulas adtingere mensis  
 Linquimus inriguos fontes & amana fluentia  
 Ventum erat ad trinium consistitur agmine toto  
 Nunc mihi Pierides faueatis & angur Apollo  
 Concordes seruate pios, procul omnis abesto  
 Seditio, Maurosque furens & tristis Enyo  
 Vnanimis hic ante uiros sententia discors  
 In diuersa trahit, poscor quæ uertere gressum  
 Semita commodior laudo compendia dextra.  
 At socius multo potior mihi laua uidetur  
 Qui refero longe primum prolixior, & quæ  
 Aspera climos habitatur rarius agris  
 Quo nihil ad nostri confert minus agminis usum  
 Non unum, a dextra hospitium si forte necesse  
 Occursumque hominum inuenias uillasque frequētes  
 Ille loco propria sua mea prædia multo  
 Oblitus, nugare puer petulantius inquit  
 Qui mea me doceas, ubi sis quicumque loquaris  
 Te fugit Andabat æritu certare parati,  
 Nunc tecum fueris, quamuis oculatior Argo,  
 Lynceus indigne Patriam nouus indicat hospes  
 Excidit inuito risus, uox excidit, ergo  
 Pes capiti manibus uicinior auribus unguis,

Te lapsis hinc decimus remouet, me quartus ut olim  
 Visa diu memori merito sub pectore seruem,  
 Erubuit tetigitque homini pudor alius egrum  
 Bile iecur, quod nox, quod uultus prodidit, ergo  
 Ibitis ad dextram dixit, nos laeva petemus.  
 Hic famulus dure factis, quos nulla Falisci  
 Cura mouet, ratione mihi defendere partes  
 Ne prohibeto meas et tramitis huius amica.  
 Ante oculos se se medium qui tertius offert  
 Hunc alacres animis paribus uotisque sequamur  
 Hic nos Fesuleas recta deducet ad arces  
 Aut (si non homini cuiquam concedere certum est.)  
 Quid uetat hanc domina litem committere Sorti.  
 Mitibus hac referens uerbis uultuque sereno  
 Corruptas utriusque manu tractabat habenas,  
 Seu propior melius quo nox penetraret in aures,  
 Sine renitentis cursum pressurus amice,  
 Ex usu quod forte fuit, nam sidere laevo  
 Fuluius ille ut erat iusto turbatior aluum  
 Infantis ferit asper equi, discedere certus,  
 Taurus ut instantis furys agitaturs Asylis  
 Et lentos laeuum frenos detorquet in orbem  
 Profiliuit sonipes, spatiumque inclusus iniquo  
 Decliu inter saxa solo male credit a fulua  
 Anteriora pedum uestigia firmat harena.  
 Quod nisi precipiti laxas pressisset habenas  
 Ore manuque puer, et toto corpore nixus  
 Et nisi opem non absque Deo mea cura tulisset  
 Fusus humi cecidisset eques, nam fracta superne  
 Cingula confusa qua fibula nectitur ora.

Ecce

Ecce autem uiridisque senex natusque repente  
 Improvisi adsunt nam qua consistere iussit  
 Et fors & ratio subiti properanda pericli  
 Dimidijs ad spatium prope iugeris aqua parumper  
 Subsistebat humus paruo mox edita cliuo  
 Rursus in obliquum declinans ima petebat  
 Quae natura loci, nec non & cura sodalis  
 Intentos alijs animos oculosque fefellit,  
 Hic ubi me senior propius conspexit acute  
 Intuitus propere accurrit, capitisque remoto  
 Tegmine, comprehensa trepidus dedit oscula dextra,  
 Atque ait, o salue generosi clara propago  
 Sanguinis & gentis nostra columenque decusque,  
 Quis Deus huc hodie, quis te appulit alite dextro,  
 Ut praelatitia uix sum bene sanus apud me,  
 Da ueniam cupido mecum prandebitis ambo  
 Ni piget hospitij tenuis ueterisque clientis,  
 Tardior hora monet nostra gurgustia uilla.  
 Haud procul exaeto, quae iam possedimus anno  
 Sic ait, & propere iuuenem praecurrere iussit,  
 Quem locus & cultus dubium quem fecerat atas  
 Agnoui de uoce senem, fidumque clientem  
 Semper, & hoc ipso opportunum tempora, multa  
 Præterea inter nos ultro citroque relata,  
 Dissita dum ligula iunguntur ephippia nodis.  
 Sic tamen ut suto fugias te credere loro  
 Ergo quod aqua breuis, facilis uia, suadet et umbra  
 Mollius hinc illinc interpolata frequenti  
 Composito pedibus sensim procedere uisum est  
 Progredimur, facilemque uia fallente laborem

Alterno sermone lares intramus amicos.  
 Hic primum iussu curamus corpus & ipsum  
 Spectamus, positumque loci uicinaque rura,  
 Altius adnoti specula dum sedulus hospes  
 Interius cum stirpe dapes & fercula curat,  
 Penè quadrata domus tabulatis acta duobus  
 Qua Borean Eurumque procul qua respicit Austros.  
 Altius extantis iungit latera ardua turris  
 Cuius summa colunt Paphia de more columbae.  
 Cuncta domus uiridi circumdata gramine prati,  
 Præter eam Solem spectat qua parte cadentem,  
 Cui pro uestibulo tecti superimminet umbra  
 Ianua lata satis, sed non ut longa requiras  
 Atria et Hippodromum thermas specularia, quādo  
 Nulla peristylj facies nec certa \* cauedi  
 Forma, cohors seu Xistus erat, siue ortus ad Austris  
 Consitus Hesperidum malis Pestique rosetis,  
 Roribus & uiolis & gramine uernat olenti,  
 Rustica Phœbeas ubi porticus imbibit ortus,  
 Nam buxi longe effigies topiaria longe  
 Præla tamen satis acta locis, oleaque trapezunt  
 Occurunt, putensque breuis uenaque perenni,  
 Sub terrisque frequens uinari a cella diotis,  
 Cumque penū calida statio opportuna culina,  
 At stabulum post cortis aues, longæque recedis  
 Adueniens, quo iussus equos curare Faliscus,  
 Cum puero scœnum & duplici tulit orde a uallo.  
 Hac inter structis epulis bonus aduocat hospes  
 iam stomacho poscente cibum, calcæque uolanti  
 Subdit equo sequimur, cœnatio suscipit illa

Non indigna domo, spacijs cultusque tenore,  
Non hic infusas manibus puer excipit undas,  
Malluio spina subducta cuspide siphon  
Perpetuo uiuo latices de fonte ministrat.  
Forsit an & dapium fuerint quae fata requiras,  
Qua facies ambo, postquam couedimus hospes,  
Quem prandere simul pietas res moxque iubebat  
Abnegat & tanto se dedignatur honore,  
Nos contra obnoxii contendimus, ille pudore  
Quo magis instamus misere magis usque recusat,  
Mox tamen urbanis Fului sermonibus actus  
Dat uittas cum uoce manus, supplexque fatetur  
Secum pransuros, quos inuitauerat una,  
Prandendum esse sibi credo Diuinitus actum,  
Ut qui disidijs causas conseruerat, idem  
Solueret indigna commissae piacula noxae,  
Dulcia tranquilla reuocans commercia pacis.  
Haec tibi discubitus fuerint praeludia nostri  
Non tamen exodij ludos nec dramatis omnes  
Pollicear, tibi supremum ad plaudite partes.  
Plura uiri fortuna loci natura docere  
Quemque potest, & si sineret Germania tempus  
Nescio qui sensim tam multis obuia monstris,  
Quot ueterum mentes caligauere tenebris.  
Nam quorsum longis ambagibus ordine dicam  
Furtillas, cultros, tripodes, mantilia, mappas,  
Qua uis abacus, quot nam, uel de quo, uasa metallo,  
Non hic stellato radiat carbunculus auro,  
Non locus argento est, stanni utrique suppelles,  
Candida florigera dirimit confinia mensae,

Aureus in phialis vini color, ostreus ardet.  
 In calatis ficus fractoque putamine iuglans  
 Nuda iacens pariterque hesternæ conscia lucis,  
 Munda Ceres cupidi pepulere repagula ventris,  
 Nec minus ex acri meditullia mollis aceto  
 Lactuca, & teneri mentæ cum cappare caules,  
 Et quas irriguis herbas alit hortulus undis,  
 Et salis & glauca nitentes rore Minerva.  
 Quin & ceparum teneri sine cortice bulbi.  
 Terrigenam denso cingebat stipite lancem,  
 Mox apia & tritis concocta cicercula porris  
 Ficilibus mensas onerat, thymique resectum  
 Pinguis aromatibus rutilat latus, humet aceto  
 Praterea sale duratos ad pabula fungos,  
 Quos multa purgat aqua, tenuique farina,  
 Contigerat, stridente oleo sartagine tostos  
 Sedula ponit anus, nata comitante simulque  
 Treis patinas gestante breues albamque liquorem  
 Quod bene contusis nucibus panisque medulla  
 Cum sale. & ex uua succo conflat acerbo,  
 Quo prius effratti nucleum madefecerat alii  
 Torpentis fomenta gula, stimulumque palati,  
 Dicat ad hæc aliquis. quid nam? tuus ergo Filiscus  
 Stertebat ne cubans nobis prandentibus, ille  
 Pro Ganimede fuit. Bacchi Cererisque minister  
 Præsto ubicumque foret, quocumque exposceret usus  
 Ecce autem eripedam post curam missus equarum  
 Iunior hospes ad est dictaque salute parenti  
 Ad uotum successit (ait) res omnis, & ultra  
 Spem, longe expiscatus eo genus omne natantia

Membrana, squamaue aut crusta munimine tectū  
 Quodque fide maius ducas, numeroque modoque  
 In caput exossi crescentes corpore pisces  
 Vicina torrentis aqua Minionis alumnos  
 Dīs grates, etenim quem te mandante petebam  
 Iam mediam super ante uia uenit obuius Olpis  
 Et procul accipe ait quod me petis hac habet urna  
 Parce loqui, accelera nom omnia doctus ad unguent  
 Quid cessas ab eo letus matrique parandas  
 Trado epulas, uos si qua fides properat a furenti  
 Ne date uela Notho, Zephyri securius. Aura  
 Credite, uel lento subituri remige portum.  
 Hæc puer etatem supra sortemque locutus  
 Pro meritis laudatus abit, quo deinde ministro  
 Nequicquam. Samy faba iussis eruta uentris  
 Ignis, aqua, saxi, bis, ter, male tort a flagellis  
 Feruente sꝑæ olei, frixi que uredine porri  
 Ponitur, extrema uacuo pro margine mense.  
 Pelamidumque breues euulsis ossibus arctæ  
 Pigmenti succoque acres mordacis aceti,  
 Nam stridente recens cocti sartagine pisces  
 Anguilla & teneri Luna minuscula cancri  
 Pythagora precepta senis seruare iubebant,  
 Vt qua satur uisu decoctos ignis ommittam  
 Asparagos, multoque blitum sartaginis æstu  
 Non hic Hesperidum sibi quis promiserit horti  
 Aurea perwigili quondam seruata Draconi  
 Hippomeni qua mala Venus donauit amanti  
 Menalia celerem cursum uinctura puella  
 Aut Corcyrei pomaria mira Tyranni



Sed pro sorte loci non aspernanda palato  
 Non oculis decerpere recens ex arbore iures  
 Autumni, summo uernantia robore poma,  
 Nec cucumis duro, pariliq;ue cucurbita libro,  
 Hybleis saturata fauis, citrique putamen  
 Deservere dapes, nucleoq;ue & cortice iuglam  
 Mellior, & prima nux pinea, nescia pubis,  
 Ultima conspicua clausit bellaria mensa  
 Foeniculi cum fascie breui nux plurima putri  
 Pro sale sacchara circumlita pulueris banstu  
 Verba dapes inter mensisq;ue alterna remotis  
 Musa referre neg adlongum per se laborem.  
 Nam tribus exactis cursus iam partibus Aethon  
 Promer Hesperij properabat ad aequora Ponti  
 Utque sit incerti nonnunquam tempore. Veris  
 Obduxere diem subita caligine nubes  
 Et stratis Faliscus equis properare iubebat,  
 Non obscura timens pluuij prasagia nimbi.  
 Vndique tam ualidis & tot coeuntibus erga  
 Digredimur, Zephyrique Notum superantibus alia  
 Exorti Solisq;ue uia pluuiæq;ue potimur,  
 Et tectis lati tandem succedimus urbis  
 Vnanimis, pariter dictis factisq;ue sodales,  
 Copula amicorum titulos auctura quadrigæ,  
 Aegida cum glauca Pallas mutabit oliva,  
 Et cytharam posito contendet Delius arcu,  
 Cumque sorore pudor laceri miserebitur orbis.  
 Quæ pietas, quæ summa tibi clementia rerum  
 Ocyus omnipotens opifex res aspice nostras  
 Ne tamen inmodica placidi dulcedine cursus

Garrula uerbosa subeas contagia lingua  
 Grande sed inualida uitium commune senectæ  
 Pone modum stimulis & pressos contrahe frenos.



STVDIOSO NEC NON MAXI-

ma spei iuueni, Pandulfo Catha-  
 neo Diacetro.

Michaelangelus Seraphinus.

S. P. D.

**C**um inter imprimendum uiri illius sapientiss.  
 Andree Dactij Poemata fortē fortuna Orna-  
 tiss. Pand. cuiusdam libelli, qui Aeluroniomachia  
 inscribitur meminissē, quem mihi olim dono Seneca  
 ille eloquentiss. largitus fuerat, quamuis ab ipso uix  
 annum agens *XVII* (ut ex eo sapius audiui) &  
 precibus Nicolai Rodulfi ductus, cui maxima &  
 uoluta erat amicitia coniunctus, & qui postea Re-  
 uerendiss. Card. effectus est, completus fuerit, &  
 quamuis huius libri initium merito obtinere debuis-  
 set, quippe quā ab eo primus, tanquam ad maiora præ-  
 ludium compositus fuerat (quoniam & in hanc se-  
 riem sua nos redegit Poemata). Nihilominus ita  
 calcem sortitus est, eo quod sero se se ipse mihi repper-  
 tiendum obtulerit, quem cum iterum atque iterum  
 inspexissem, & genus illud amplum dicendi, quin  
 etiam in Re tam pusilla atque tenui animaduertis-  
 sem, non solū ex sententia nonnullorū amicorū, nec nō in

Poetica facultate ceterisque bonis artibus consummatiss. impressioni dignum tradere existimavi uerum etiam ut nomini tuo ornatis. imprimeretur, qui iam nostro aeo, doctiss. A uorum tuorum quamplurimas ac penè innumerabiles uirtutes referre, & a quibus nulla in parte degenerem animū flectere uideris, Hic ergo ille est, quem bonis ad te auspicijs dolego, non eò ut hoc paruo munere, quamquam et μεγαλοπρεπές (ut Graci dicunt) et illo cuius fecundiss. et feliciss. in genij ipsum est opus, maximo. more illorum qui (ut auctor est Amicus) Parthorum Reges salutare cupiebant beneuolentiam tuam mihi comparare quesiuissem, neque eo etiam ut me tibi magnopere gratum aliquod facere, atque tuarum in me collatarum Poeseum alienis, rationem (ut dicitur) rependere uoluisset cognosceres, quo ut tanti, hoc tam magni uiri, (Andrea inquam Dactij qui solus, optimarum iudicio, sua tempestate Heroicam illam amplitudine atque maiestatem complexus est, nec non etiam, qui solus primas in hoc dicendi genere (relictis alijs) in quibus, tam et si plerumque sua uita curriculum inter nebris transegerit, plurimum tandem ualuit) partes obtinuit, nequaquam alia in futurum poeses desiderari possint.

Vale



SELVROM TOMACHIR LIBE  
lus primus.

22

**H**orrificas acies & decertat a nephandis  
Bella odys: uarioque diu certamine, Murum  
Fortunam ancipitem: raptosque ex hoste triumphos  
Catorum, & sparsos regali sanguine muros  
Dina refer: si Pierio praeludia fonti  
Hac paro legitimis (praestent modo dulcia Diui  
Otia) temporibus maiori fluminis haustu  
Aggressurus opus: & debita nomina fama  
Quantum mortales poterunt se tollere uoces,  
Et quantum cupidi Phœbus concedet Apollo  
Viribus: altisona uersus compage daturus.  
Nec mihi: tantillas, referenti, carmine pugnas  
Turpe sit Aonia deducere uertice Musas  
Vel si forte mihi uitio quis uertat, Homerum  
Obijciens pariar tanto sub uindice tutus:  
At tu quem Latia exornant Graeque Camena  
Musarum Nicholae decus pars maxima nostri  
Pulverem cuius monitu hoc percurrimus aquor.  
Quodcunque est: nostri monumentū et pignus amoris  
Indignum uirtute tua licet accipe munus.  
Sed iam terrifica repetam primordia pugna.  
Impia magnanimus per uulnera sanguine fuso  
Flucticolum scelera, & dilecti funera nati  
Ultus Trojartes: Fortuna laetus amica  
Armato patrius repetebat milite muros.  
Ecce per obscuram noctem cacasque tenebras  
Carpentis placidam tacita sub nocte quietem

Alterius subito nati infelicitis imago  
 Constitit ante pedes traiecta lurida vultu  
 Et truncata manus. lacerataque pectora ferro  
 Quas habuit celi tollens ad sidera palmas  
 Cum lachrymis sic visa loqui: quo signa reportas  
 Infelix pater & uictricia contrahis arma.  
 An satis exhaustum belli est: ultusque uideris  
 Cade tuos. heu qua nostri tibi cura recessit  
 Nostua progenies & auiti gloria Regni  
 Neglecti cineres manesque iacemus inulti,  
 Impius insultat truncatis artubus hostis  
 Et tua per nostram scrutatur uiscera mortem.  
 Rumpemur & crudelem ferro erue gentem  
 Echthromydam. flammis inuolue domosque uirosque  
 Dixerat: & largo fletu manante per ora  
 Proripuit se se: in tenuesque euannit auras  
 Per similes fumo: nebulisque à sole repulsis.  
 At pater ingenti gemitu: quid seue recusas  
 Amplexus, o nate meos dicebat, & una  
 Corripit & stratis corpus, somnusque recessit,  
 Tum patrios celebrat ueterum de more parentum  
 Thure. focos: plenaque deos ueneratur acerra.  
 Interea pulsus rutilans. Aurora tenebris  
 Phœbeis afflata rotis subuectaque bigis  
 Reddebat uis a miseriis mortalibus usum  
 Hic Rex ingenti comitum stipante caterua  
 Concilium uocat, & cumulo sublimis ab alto  
 Bellorum dixit focj uictricia signa  
 Vltima per mundi quarto iam ducitis anno,  
 Quos furor & sen per mille pericula Martis

Terribiles fecit populis dissecta lacertis  
 Hydria iam uestris: Ranaeque in arte perempta  
 Catorum populos totamque euertere gentem  
 In nostris positum manibus: securi quietos  
 Gens agit atque luxuriosaque tempora uita  
 Longa pace trahit festiuisque ocia ludis,  
 Nobis praemanibus ferrum est: iustissima belli  
 Natus causa meus (simul hic lachrymantia terret  
 Ora manu) quem tradeli gens impia fato  
 Absumpsit: uidi caperem dum nocte quietem,  
 Illum ostendentem fera uulnera, seque petentem  
 Vlcisci: iustis desunt nec numina coeptis  
 Si sedet haec animis eadem sententia uestrix  
 Vlturus manes nati patriaeque pudorem  
 Bella paro, & nostra non infima nomina fama:  
 Dixerat: & lato strepuerunt omnia plausu,  
 Assensusque dedit: uoces ad sidera miles,  
 Vltima uerba ducis lato clamore secutus.  
 Ille ubi tam praeo susceptum milite bellum  
 Fortunamque uidet: facilem, felicia tolli  
 Continuo vexilla iubet: rapidisque ualueris  
 Passibus arua legit: rapido uelocior Euro  
 Difficilemque uiam tanti solamine notis  
 Absens atq. follens: superat labor omnia durus  
 Fluminaque & montes & densas robore sylvas  
 Vnde neque in medio Sol ardentissimus orbe  
 Ducitoris tardauit iter: seuusque procellis  
 Auster, & indomitis stridens aquilonibus ingens  
 Grandine tempestas multa: iam Delius inno  
 Oceano tingebat equos & flumine Gangis

Tollebat nox atra caput densisque tenebris  
 Inuolens omnia terram calumque tenebas;  
 Hostiles cum ductor agros deuectus iniquas  
 Constitit obscuro meditaturo tempore fraudes  
 Vrbe præcelsa densis surgebat in æthera ramis  
 Arte nemus clausum multarum lustra ferarum  
 Mos erat: Ecce thronum salus nenasibus aptos  
 Cingere ductori si quando pectore curas  
 Ponebat rigidas genioque uacabat amico  
 Atque ubi Phœbus equos tremula sub tempora lucis  
 Iungeret egregio uentura luce paratu  
 Assuetum late nemus indagare pararat  
 Huc se Proserpes armato milite confort  
 Inde per anfractus memorum colleque propinquo  
 Occultat socios, dimissisque agmina signis  
 Disponit iuxta fauces, aditusque malignos  
 Ipse reservato meliori milite sedet.  
 Panditur inætea diuum domus omnipotentum  
 Conciliumque uocat: Rectorque hominumque deūque  
 Sublimis medio Celi: tenet aurea dextra  
 Sceptra manus: fulget gemmata pressa corona  
 Casaries: fuluo tegitur uelamine corpus.  
 Orbem læua premit: dextra læaque senatus  
 Calicolum sedet: & maiorum Numina diuum.  
 Stet uulgus iuxta in morem ritumque corona  
 Ille ubi terrifico totum tremefecit Olympum  
 Sublimis nūc indixitque silentia cunctis  
 Raliam concilij causam querentibus infit.  
 Impudens pulso regnis ubi gloria cessit  
 Saturno Imperij nobis manus que tonante

Regia nil habuit magna pigra sublimis Olympi  
Exosus pigre gētes torpere ueterno  
Decussi mella, e folijs sacroque fluentes  
Nectare compressi flumios: aeternaue ueris  
Tempora partito iussu dissoluit anno  
Ne pigra in syluis rudium de more ferarum  
Naturam contempta suam protenderet auum  
Gens hominum: ut duro proscissam uomere terras  
Depositum. Cereris peteret cum fœnore munus  
Agricola ut tectis pluuias arceret & igni  
Frigora collisis inuento fomite saxi  
Ut quæ novas orbi sollers extunderet artes  
Cura uirum processit eò res usque reperta  
Audax caruleum findit mare nauita puppi  
Innixus remo: misit atque sidera seruat  
Orbe sub extremo & domito uehit aquora merces.  
Iamque aurum omnifera lacerato uiscere terra  
Prodyt: argentumque, electra, sonantiaque ara  
Tum duri massa chalybis: Iam bella per orbem  
Sanguinea uolitant acie sollersque nocendi  
In uia expatiatur ouans totumque maligno  
Mundum felle rigat: iam coniurata per urbes  
Gens, proh sacra fames auri, mucrone corusco  
(Nec satis erudiunt sanis Tytanes ab armis  
Fulmine deiecti sub inhospita Tartara nostro)  
In proprium furit exitium: primoque iuuenta  
Vitam exosa cadit: pauci nouere senectam  
Sed sit phas homini bella exercere: cauaque  
Flumina & equora pontum superare Carina  
Verum adeo ne precor concessa licentia ferri



Et bello miscere fretus uerum, ne precamur  
 Tanta adeo cunctis concessa, licentia ferri  
 Ut fera terrigena ueniant ad praelia Mures  
 Hi uel fluctisolas fausto certamine Martis  
 Turbarunt bellis ranas: totamque nephandum  
 Demisere neci gentem: nunc rursus in armis  
 Catorum populo quo nam sub numine diuum  
 Infidias tum bella parant, quod si quis ad arma  
 Impulit hos uestrum haec leges & fœdera rerum  
 Neu lateant uos fata deum: sanasque sorores  
 Certetis uana spe flectere: sanguine multo  
 Undabunt campi Echthromydam: flebitque suorum  
 Funera Sarrrophagus uerso qui cardine rerum.  
 Hostiles uastabit agros & eade cruenta  
 Inuoluet captam flammisque ultricibus urbem  
 Dixit & obtutu fixo spectabat in ora  
 Adstantam, farique dedit: tum Pallas ab alta  
 Sede ait, o diuum genitor, rerumque repertor,  
 Haud equidem inficiar miserorum sorte moueri.  
 Si sedet inter se certis concurrere fatis,  
 Echthromydas Muresque preces nec respicis ullas  
 Non ausim fatis restare & tendere contra.  
 Quamquam, o si meritis quicquam conceditur oro  
 Dicebat cum Cyllenes generatus in oris  
 Phœbusque & Inno Mars & Bellona Venusque  
 Surrexit uoluitque loqui: tum Iuppiter alto  
 Iratus uenit solio: uultuque minaci  
 Distulit in tempus supera de sede repulsis,  
 Concilium diuis aliud depulsa per amplum  
 Alternant uaria formidine nomina celum

Sermones. metuuntque irati tela Tonantis.  
 Iamque sub Aeoï Titan molimine mundi  
 Quadriungos frenabat equos & præscia lucis  
 Aurora in roseis fulgebat lutea bigis  
 In portis delecta manus: nodosa geruntur  
 Retia diffulgent late uenabula ferro  
 Nare sagax it turba Canum, fortisque Molossus  
 Egregiusque Lacon, illorum hic copula collo  
 Nectit, ille petit longis hastilibus astra  
 Ipse inter medios aurata ueste decorus  
 Progreditur sublimis equo. sonat anreus arcus  
 Ex humeris: pharetraque procul fulgore coruscant.  
 Gnosiacis plena telis, subit ordine pubes  
 Velleribus niveis & Pœno discolor Ostro.  
 Parte alia effulgens rutilis Regina lapillis  
 Faminea stipata manu: nudata lacertos  
 Venatrix: collecta sinus: fursque cothurnis  
 Euincta ingreditur: qualis per lustra ferarum  
 Latois exhausta per vulnere mille pharetra  
 Nobilis incedit: tumulisque elata ferarum  
 Prostratis: pone innumere iuxtaque sequuntur  
 Nayades: illa manu uacuas tractare pharetras  
 Latatur: madidumque ferarum sanguine telum.  
 Ut uentum in sylvas & deuia lustra ferarum  
 Ecce ruunt summo Caprea de monte fugaces  
 Tramittunt campos alia de parte patenteis  
 Puluerulenta fuga glomerantes agmina Cerui.  
 Insequitur late fugienteis lata iuuentus  
 Nunc sude nunc iaculo infestans: latratq; Laconum  
 Vis infesta Canum tergoque insultat hiatu.  
 Iamque ferè medio Sol ardentissimus orbe

*V*rebat late campos. & languida cursu  
*C*atorum pubes nemoris diffusa per umbras  
*E*rrabat: cum terrifico fer alia cantu  
*C*lasica promotis turbabant aethera signis  
*E*rumpunt latebris Mures: subitoque tremendum  
*V*enantes forti miseros cinxere corona.  
*F*it fragor, & densis telorum nubibus aer  
*O*cculitur: crebra baleari uerbere glandes  
*F*unduntur: validis iaculantur saxa lacertis.  
*I*mpulsi que leues torquentur cominus hasta  
*Q*ua nunc Calliope uel quis mihi carmen Apollo  
*S*uppeditet: fontisque altos haurire liquores  
*G*orgonei pleno ore sinat: cadit undique uulgu  
*C*atorum & uario ponunt in uulnere uitas  
*\* In* partes cadit ille diuis, hic uiscere rupto  
*L*abitur: atq; alius transfixo pectore terra  
*H*eret & extantem moribundus concutit hastam  
*Q*uercus erat media sylua frondentibus ingens  
*I*ipse nemus ramos, cum se uerboribus ausis  
*C*ontulerat fugiens medio non parua tumultu  
*E*chthromydom manus & ramos amplexa latebat  
*S*ed fuit exitio numerus non pondere ramos  
*N*on aquo pressus subita petit ima ruina  
*E*xculsi cecidere alij pars fragmine trunci  
*P*ressa iacet. nastro procul aduolat impete saeuus.  
*I*ipse inter medios nudato turbidus ense  
*T*res artes socios hortatur & incitat, ite  
*I*te per imbelles gladio ductore catervas  
*F*emineas prostrate acies: ensesque cruore  
*H*ostili exfaciate uiri Deus horaque nostra est  
*Sic* fatur

Sic fatum mediumque furens perfertur in agmen  
 Non secus ac Libycis accepto vulnere moris  
 Perfurit auctorem quarens leo uulnoris: acri  
 Perscrutans visu: si forte aspexerit: in se  
 Omnia tela ruant licet: imperterritus asper  
 Per medios enses & per uenabula fertur  
 Donec comprehenso rabiem consumat in hoste.  
 Tunc ducis exemplo miles succensus acerbo  
 Ense subit: cadit hypsiboas & turbidus ira  
 Chleptichreas & ruricolum populator Apenis  
 Innumerique alij quos est mora longa referre  
 Huc inter clades & saui munera Martis  
 Citrobates uiso truculentus rege: uocatis  
 Intorquet telum superis. hoc tempora praeter  
 Sibilat & summas acie diuerberat aures  
 Tum rex bellorum casu concussus acerbo  
 Mercurio monstrante uiam sub nubibus atris  
 Saurophagus paucis comitantibus aqua lustrat  
 Occulti nemoris & qua uia tutior: armis  
 Insidysque uacat trepidam confugit ad urbem  
 Illachrymans summoque iacit conuicta caelo.  
 Tunc uero ingeminant ictus miserabile mures  
 Inclusosque hostes gratas per uulnera mactant  
 Artophago inferias: manant aspergine summa  
 Sanguinis effusi quercus: fluit altus ubique  
 Fluminis in morem sanguis: uulgoque carinis  
 Sufficerent unda fusi per bella cruoris  
 Hic uictor per saua diem certamina mensus  
 Parcere iam ferro rex atque ex ordine duci  
 Captiuos pradamque iubet: captiua premebat

Lumina dauidicis post tergum regia comu-  
 Infandum manibus: nec non pulcherrima Clitiae  
 Regia progenies & auiti gloria regni  
 Craugasides, quos ad patrios comitante ceterua  
 Dimisit muros fausti libamina belli,  
 Hic uictu exiguo & non aequi pondere ferri  
 Carceribusque domat tetrīs: seruatque triumphos  
 Protinus hinc dicto centum properantius ara  
 Cespite de uiridi surgunt mensaeque parantur  
 Nec prius aut epulas aut almi munera Bacchi  
 Fas ulli tetigisse fuit, quā multa precatua  
 Trosartes mensis sacrum libauit honorem.

*Aechromyomachiae libelli primi finis.*

**AELVROMYOMACHIAE**  
*Libellus Secundus.*

**I**Ntorea trepidis ductor succurrere rebus  
 Precipit at curasque animum diducit in omnes  
 Saurrophagus (suadet timor) & pudor additus una  
 Antiquaeque decus fama stimuli que futuri  
 Dedecoris, si non patrijs a moenibus hostes  
 Arceat, & poenas illorum e sanguine poscat.  
 Ergo sub extremis populos regionibus orbis  
 Conuocat expositos uelox: totamque sub armis  
 Aechthromydom cogit gentem: coit omnis in unum  
 Catus & armato complentur milite castra.  
 Ductor ab Aurora numerofo laeta Leontes

Agmine castra subit populos, extremaque secum  
 Baetra trahens: his intortis nigra ora capillis  
 Et uasti manibus ungues dentesque feroces  
 Immani morsu; peltis armata sinistra  
 Hasta dextra graui: nec non generosus Apenis  
 Solis ab occidua ueniens trahit agmina parte  
 Hispano de patre satus de matre Pelasga,  
 Ense breui in pugnas mos est prodire cateruis,  
 Huius & infauisto ferrum foedare ueneno:  
 At qua se gelidis cohibent in sinibus Arctos  
 Micharis horrendos Boreali frigore Catos  
 Sufficit & duris emunit castra cateruis  
 Ingens procerum niueumque & forte sub armis  
 Iis corpus: cruda detrectant bella bipenni  
 Ballistaque graui & iactu Balearis habena.  
 Et qua se Libya pluuio porrecta sub Austra  
 Extendit propiorque polo disterninat arua  
 Auriuacas rapido ductor trahit agmina cursu,  
 Quin & Sauromata uenere ad praelia Cati  
 Et Porini misere suas in bella cohortes  
 Extremique hominum Blemys ignotisque sub astris  
 Iungunt se comites rapidis Antichthones arma  
 Sed quid plura moror: fulget generosus in armis  
 Omnis Catorum populus: quocunque sub orbe  
 Degit: & aetherias carpit spirabilis auras,  
 Quos ubi collectos iam leto pectore uidit  
 Saurophagus placidis intra sua moenia ducit  
 Ductores ipsos sermonibus: altaque monstrat  
 Tempia deum sacrasque domos: iam tecta subibant  
 Regia suscipiunt famuli thalamisque paratis

Disponunt: magno interea conuiuia luxu  
 Accelerant intus alij sedet ordine longo  
 Catorum pubes dapibusque repletur opimis  
 Astant tercentum famuli: pars uina ministrat  
 Pars epulas, uariantque uices: nunc plena reponunt  
 Pocula nunc patinas capiunt: dapibusque uicissim  
 Mutatis: placido celebrant conuiuia ludo:  
 Postquam exempta fames & edendi pulsa libido  
 Pocula pampineo siccant spumantia succo  
 Fit strepitus tectis ingens: raucumque reclamatione  
 Atria curua: sonat letis clamoribus ether.  
 Hic pateram ductor gemmis auroque rigentem  
 Exposcit ueterum decus & monumenta parentum.  
 Qua soliti libare deis: uinoque coronans  
 Rex ait omnipotens (nam te aqua pendere lance  
 Cuncta ferunt) adsis & iusta fronte serenas  
 Aspice nos faustumque diem & felicia cœpta  
 Da pater euentu lato bellantibus esse.  
 Hac factus mensis sacrum libauit honorem.  
 Tum reliqui procures: cithara prædoctus Apenis  
 Perfonat aurata & concordæ uoce profatur  
 Bella Giganteis quondam sudata lacertis  
 Pindon & Emathio suppositum Pelion Ossa  
 Et disiecta ferro crudelia fulminis ictu  
 Membra draconigenarum Siculo pars clusa Pachynno  
 In arimen pars magna premit. pars maxima cacumina  
 Tartaron & tristis fauces obseruat Auernei.  
 Quæ postquam pulsas concordans carmina neruis  
 Continuit: medio Luna fulgente polorum  
 Cesserunt nocti: placidus sopor occupat artus

At non magnanimus curis in nocte solutis  
Trosartes carpebat iter lucumque relinquens  
Haud procul immenso latus tentoria campo  
Figebat, tum captiuos pradamque recensens  
Falicemque diem cum primum roscida mundo  
Aurora in roseis fulgeret nata quadrigis,  
Quamuis summissas tacita sub nocte cohortes  
Sciret, & ex omni collectas orbe phalanges  
Fortuna incumbens dextra imperterritus armis  
Percussam rapidis urbem nastare parabat  
Addebant spem iussa deum uisusque per umbram  
Exultare leuis gratesque referre parenti  
Artophagus: bellique sibi spondere futura  
Euentus faustos luce: & certamina lata,  
Ergo asper monitisque deum: natiue superbus  
Inuigilat curis: noctemque & sidera cali  
Incepit at: tardosque Aurora uocibus ortus  
Et iam curriculo nox intempesta nigrantem  
Stringebat metam: nec se Titonia coniunx  
Protulerat thalamis: primoque in limine fulgens  
Stabat adhuc: rutilosque comebat pectine crines  
Peruigil emotis Trosartes agmina signis  
Corripit, & gressum uicina ad mœnia tendit,  
Iamque propinquabant urbi: raptisque parabant  
Inuisos, scalis muros inuadere, & ipsas  
Cardine dimotas ferro conuellere postes,  
Cum trepidus iussisque deum turbatus iniquis  
Castrorum imperium cui cesserat inclutus armis  
Pordibaris: demens uiso procul emicat hoste,  
Et quantum clamare ualet: rapite ocys arma.



178 ANBLEAE DACTII

Hostis adest: arma arma viri clamatque capitque  
 Et totam effundit turbata per aquora pubem.  
 Tum fragor & litui tinnitus aethera curus  
 Proturbant & terrifico fera classica cantu.  
 Tyrrhenaque tuba clangor clamorque uirorum  
 Exoritur: furit horrificis exercitus armis.  
 Non secus Euboici pro cursu illisa Capharei  
 Euripi furit unda fremens: feruet ne tumultus  
 Maiori: rapiturque fretum quod Sole supremo  
 Verberat Herculeas unda allatrante columnas.  
 Primus in aduersas vibrato tela lacerto  
 Iecit acerba fremens Pernoglisus ore cohortes  
 Quassantem caput & medstantem cuspide pugnas  
 Praeuenit hasta uolans qua fibula nequitur armo  
 Craugaliden: alteque latus tramittit apertum,  
 Labitur infelix fadoque in uulnere se se  
 Versat & horrendos Stygius color occupat artus  
 Tollitur ad caelum clamor passimque resultant  
 Ictibus umbrosa V alles: densusque uiro uir  
 Haeret: & aduerso bellantum pectore pectus  
 Tunditur: exultat Stygijs horrendus in undis  
 Nauita Tartarea subuectans agmina cymba  
 Defunctorum hominum & raptas in funere uitas  
 Per medios Stygio immanis Bellona flagello  
 Anguicomum quassat caput & furialia bella  
 Instaurat: cadit innumerum sine nomine vulgus  
 Permixtique duces fluit alto sanguine tellus.  
 Parte alia immixtis Maiores infestat habentis  
 Odrysios horrendus equos hastamque trementem  
 Quassat & infandum accendit renouatque furorem

Quis deus innumeras cades gemitumque cadentum  
 Det pleno posse ore loqui: quis carmine tantis  
 Digna umbris lamenta ferat, ruit acer ab arbe  
 Saurophagus: rapidoque trahit secum agmina passu.  
 Sed laeuum egressis & lamentabile portis  
 Turbauit mentes cimen tristemque parauit  
 Euentum. putri manauit sanguine tellus,  
 Auditique canum gemitus: & limine in ipso  
 Haeserunt pede colliso: tamen aspera bella  
 Miscebant odio & crudo Mauorte ruebant  
 Hic uero ignescunt animi densusque sub aethram  
 Elatus lucet mucro, creberque cadentum  
 Auditur gemitus: resonatque fragoribus aether.  
 Turbidus in medios stimulis immantra figens  
 alia Corripedis ruit & cadentia laxat  
 Agmina Trosartes late, ferroque rudentum  
 Incumbit tergo & longa supereminet hasta,  
 Ceu stimulante fame Libyes furit asper in oris  
 Armentum Leo congressus: fugit auia pastor  
 Lustra petens: ille immani truculentus hiatus  
 Nunc hos nunc illos ferit interimitque iuuenecos  
 Nec faciat: pleni spumant in sanguine rictus,  
 Perfurit infestus turbata per aquora miles  
 Exemplo ducis & palantes obruit alis,  
 Tamque inclinabant acies uersisque ruebant  
 Aechthromydes alis regemque et praelia & arma  
 Damnarant: quis increpitans palantia ductor  
 Terga: quid o miseris, inquit, quid deinde, quid oro  
 Restat io profugis: uos en ducitis ipsos  
 Trosartem ad muros & uenia panditis urbis

Vos intacta faces datis atque in templa deorum,  
 Sta miles, sta, quo raperis dicebat: Et ecce  
 Terribilis multa iuuenum stipante caterua  
 Trosartes aderat truculentæque prælia miscens  
 Regem exposcebat; Regemque exercitus omnis:  
 Palluit, Et uersis urbem diffugit habentis  
 Saurophagus: sequitur fugientem ignobile vulgus.  
 Tunc trepidus miles damnatis degener armis  
 Credere se pedibus cepit: pars mania quarunt.  
 Pars castra, Et tantos uicina in ualle recessus.  
 Quippe instat mortis metus: Et spes candida uitæ  
 sollicitat: quantum potior sententia latho  
 At si qui interea, Stygijs quos Iuppiter umbris  
 Damnarat, fident armis, funduntur: Et acris  
 Pars ferro cadit: aut tristi religata cathena,  
 Seruitium passura graues seruat in annos:  
 Hic ductor magna iuuenum comitante caterua  
 Funera Trosartes larga occultantia campos  
 Respectat cæde: ac lati libamina belli  
 Ingentem armorum Mauorti incendit acervum.  
 Huc galeas fractosque enses, clypeosque recenti  
 Sanguine perfusos magno clamore iuuentus  
 Accumulant: hastasque super cristasque comantes,  
 Ipse facem quatens cumulatis admouet armis  
 Martem in uota uocans ductor: crepitantibus atram  
 Dispergit nubem flammis Vulcanus in auras,  
 At trepidus fatisque deum perculsus iniquis  
 Saurophagus festinat inops: ipsasque sub armis  
 Reliquias cogit belli: tristemque reatum  
 Fortuna increpitans, nunc portas obice firmat

Nunc urbis muros: munitasque inspicit arces  
 Moliturque novas moles: uigilique pererrans  
 Urbem scrutatur uisu: tormentaque ponit  
 Aenea munitos longe tutantia muros.  
 Tum maestum Vulgus & tristes curia patres  
 Precipitant curas: & persuadente pauore  
 Certatim per templa ruunt diuosque precantur.  
 Nec minus & matres: tristis chorus undique magno  
 Cum plangore ruunt & numina uoce fatigant  
 Suppliciter palmis tunsæ: & donaria replent,  
 Ipse ad Phœbeos aditus stipante caterua  
 Incedit ductor responsaque fida sub antris.  
 Exposcit uatem: euentum finemque malorum.  
 Illa diu postquam uasto bacchata sub antro  
 Mente deum concepit atrox rabidoque prementem  
 Pectore sustinuit, placida sic uoce profatur:  
 Pelle tuo ductor grauiores corde timores  
 Aduersi quicquid durique, in Marte manebat  
 Exhaustum est: leuiora adeo restare laborum.  
 Nuntio: nec certus mentem deludit Apollo  
 Tu modo uota deis supplex uotiuoque doma  
 Fer: diuumque aras: tepido uenerare cruore,  
 Neu tu cede malis: aderit Gradivus: & ipse  
 Iuppiter instantem depellet mœnibus hostem,  
 Tantum effata silet uasloque occluditur antro.  
 Et nox humentem terris induxerat umbram  
 Oceanoque caput rutilum aureus abdi derat Sol:  
 Omne hominum genus in terris silet, omne ferarum,  
 Tunc sic Mercurium affatur Pater. I mea proles  
 Catorumque ducem tristi qui sorte malorum

Percussus: rapidi uoluit certamina Martis  
 Affare & monitis sopitum talibus imple.  
 Transfer in hostiles terras inimicaque bellum  
 Moenia praeapido ducens tecum agmina cursu  
 Victor magnanimo persolues uota Tonanti;  
 Hinc exultanti rebus tumidoque secundis  
 Suade fugam: & magnis ipsum terroribus imple  
 Trofartem retroque ferox impelle morantem;  
 Dixerat ille patris liquidum secat aera iussu  
 Accelerans: terraque uolans illabitur alma.  
 Castraque despectat procul inuigilesque per arua  
 Excubias fadoque fluentes sanguine campos,  
 Constat hic anceps quem primum inuadit. & inde  
 Depositis formaque dei nultuque decoro  
 Saurophagum petit: ille uigil uersabat inani  
 Euentus belli cura. mentemque premebat  
 Consilij. surgat Cyllenius occupat acrem  
 Et somno certum non cedere. sparsaque fundit  
 Nectare Chimero Lathea papauera supra,  
 Protinus effuso per membra iacentia somno  
 Affatur regem diuumque hortatibus implet  
 Confessusque deum dictorum in fine relinquit.  
 Iam somno excitum mirandaque pectore uisa  
 Voluentem: & dextra referentem supplice grates  
 Orantemque deum sequi mandat a parantem.  
 Trofartemque adit: hic placido languentia somno  
 Pectora praebuerat: stratoque iacebat in alto  
 Aggreditur ferale canens: similisque perempto  
 Artrophago suadere fugam: conuersaque in agna  
 Fortuna corda omnipotentis & addere muros

Obsessos patriæ & uacuos uix stare Penates,  
 Iamque hostem hausurū flammis urbemque uirosque  
 Verum ubi nequicquam suadet monstratque negat  
 Terribilis stimulat furij, sumbrisque prophanis  
 Terret: & auulsam terris stridente procella  
 Ad patrias urget sedes & multa precantem  
 Exagitat monstribus & cruda Gorgone uexant  
 Atque idem toto perlabitur agmine sæuo  
 Verbere concutiens animos: stimulatque pauentes  
 Vertere terga fugæ Patriosque reuifere fines.  
 Hinc dicto athenias repetit: celerantius auræ  
 Maternumque Athlantæ petit calumque reuifit.

Finis secundi Libelli *Aeluromyomachia*.

*ÆLURONTOMACHIAE*  
 Libellus tertius.

**I**am uaga flammifero præfulgens sydera calo  
 Lucifer: ætos primo sub cardine mundi  
 Pellebat roseoque premens de uertice rores  
 Omniferam placido lustrabat lumine terram,  
 Trosartes dar terga fugæ trepidoque tumultu  
 Deserit: hostiles campos: sic fata iuebant,  
 Infandaque hominum sortes: diræque sorores  
 Impellente deo: trepidasque per cohortes  
 Prærapido ducit passu: tristisque pauore  
 Præcipitat furij agitatque: & ordine nullo  
 Dispositus: iam damnatus exercitus armis.

Heu dura rerum sortes, modo victor & acris  
 Præcellens pugna turpi terrore fugatur,  
 Præcedunt furia ante oculos: varioque pererrant  
 Pectora discursu: nunc diruta moenia ferro  
 Obiiciunt oculis & uersas funditus arces,  
 Indutum flammis urbem: gemitusque suorum  
 Audiri: & matrum planctus lamentaque sua  
 Dum trepidi repetunt Mures sua moenia cursu  
 Iam Rex instructo: diuerso tramite: præcep-  
 Milite Saurrophagus inuisa proximus urbi  
 Secretum carpebat iter tacitoque tumultu  
 Vrbe procul quantum Balearis uerbere funda  
 Tramittit glandis ualido contorta lacerto  
 Constitit & positus ualido conamine castris  
 Despectat procul urbem oculis aditusque locorum  
 Explorat, causasque & cura examinat acti:  
 Despicit Aeëos modico sublimis in ortus  
 Vrbs imposta iugo: murisque & turribus altis  
 Clissa tutatur natiuoque aggere terra.  
 At qua se Hesperij Titan abscondit in undis  
 Quaque Notam uidet et pluuiæ subditur Austro  
 Prona iacet, pigramque extendit in aquore molem  
 Sed qua prægelidos accliuis uergit in Arctos  
 Tutæ per aquoreos extendit moenia fructus:  
 Audax uectus equo paucis Comitantibus omnis  
 Agminibus ductor partes rimatur: & ipsos  
 Cingere iam muros certa obsidione parabat.  
 At ciues trepidare metu subitoquo pauore  
 Dissisi muris. iam desperare salutem,  
 At que urbem sub qua date conditione roquebant

Sed celer & tristi furiarum percitus æstro  
 Tros artes aderat secumque exercitus omnis,  
 At procul hostiles ut præfulsere phalanges  
 Torquetur: curisque sagacibus angitur acer  
 Saurrophagus quoque inuadat sub corde uoluitans  
 Arripit expertum bellis pugnaque feroci  
 Agmen: per sylvas perque alta silentia luci  
 Secreta iubet ire uia, quo penè ruentes  
 Inuadant acies ferro: refugosque sub ictu  
 Excipiant latebrasque negent syluaque recessus,  
 Pordisbaris bello insignis crudaque iuuenta  
 Illis ductor erat astuque tremendus Apenis,  
 Qua postquam digesta duci: rapit ocys Euro  
 Agmina Memnonio & uenientes circuit hostes  
 Per subitum densa cingens utraque corona,  
 Atque acuit stimulatque suos: implensque furores  
 Ecce dies optata uiri qua sanguine manes  
 Exsaturemus ait patrios: casuque probemus  
 Fortuna uicisse hostem: nudate coruscum  
 Ensem, iam dudum & aspergite sanguine ferrum.  
 En hostis fessusque uia: eia aduertite quæso  
 Et me me spectate uiri: quantumque recludam  
 Tantum audete manu: & mucrone intrate corusco.  
 Dumque ea Saurrophagus flammato pectore satur  
 Tros artes medio sublimis in agmine murum  
 Affatur mastas acies & talibus infit,  
 Per nostra, o socj decora & per plurima dextra  
 Parta trophaea manu: per uos patriosque Penates  
 Perque deos, testor, mastas deponite curas  
 Et fortem renocate animum: seu tristia fata



Sine hylarem Fortuna diem ferat: abdidit alto  
 Iuppiter euentus hominum uenturaque fata,  
 Humana rerum solters in pectore uita.  
 Quippe extrema uocant: quod si sperare negatur  
 Desperare licet uictis per mille labores  
 Et rerum per mille pericula tollimur altas  
 Ad cæli sedes: nostra est, si lumine iusto  
 Aspiciet deus ipse preces, uictoria tanto:  
 Si minus annuerit deus & fortuna labori  
 Haud tamen inferni manes petiemus inulti  
 Tartareas ditis sedes obscuraque regna  
 Armati moriamur: & in medios ductores ruamus  
 Omnes ense simul: dixit, succensa furore  
 His pubes uesana ruit: densumque relata  
 In cuneum furit: ut catulis sub rupe relictis  
 Quem stimulat uesana fames lupo: ocyus acri  
 Aethera prorumpunt feralia classica cantu  
 Tyrrhenusque tube clangor: lituique recurui  
 Tinnitus motat, fuscatur puluere calum,  
 Quis tantas adeo cades cecosque furores  
 Bellantum uariumque necis genus explicet: illo  
 Carmine quo dignum est, o Clio nouemque sorores  
 Hoc opus hic uester labor aspirate canenti  
 Et facilem monstrate uiam: ruit aspera ferro  
 Et deuota neci pubes: atque ilicet omne  
 Obruitur telis calum passimque cadentum  
 Auditur gemitus: cadit acri pondere saxi  
 Perfractus caput Artophagus: terramque cruento  
 Ore premit tristes petit audax spiritus umbras,  
 Occidit & Pernas solitus popularo suillas

Pernofage emoto perflauit puluere campum  
 Halitus aerias propere diffusus in auras,  
 Nec ta. Phœbea texere Phagoxyle mitra  
 Namque tuum elato dum vibras tela lacerto  
 Tramittit pectus non equi ponderis hasta,  
 Nec Perriotroctum dy protexere cadentem  
 Qui sibi longa sua spondebat tempora uitæ  
 Alite deceptus uano, proh nescia rerum  
 Mens hominum: cadit obliquum trāsfixus ab hasta  
 Gutturæ Trogogites murum ditissimus, heu quid  
 Diuitiæ multosque iuuant cumulatæ per annos  
 Pondera flauentis auri: discrimine nullo  
 Tartareas petimus sedes annemque seuerum.  
 Aduolat armato propulsa turbine porta  
 Spuria Trosartæ proles ex urbe Psicarphax  
 Et pone aggreditur Catos: stragemque dedisset  
 Ingentem, ni quæ latebris inclusa iuuentus  
 Sub duce Pordibari stabat, prodisset in aquor.  
 Ergo acri incursum concurrunt undique: Cati hinc,  
 Hinc Mures: primo sed enim conanime fracti  
 Præbent terga fugæ Mures urbemque requirunt,  
 Instat atrox tergo Catorum exercitus omnis  
 Nunc sude nunc iaculo infestās: Muresque sub ipsa  
 Interimunt portas, it ad ardua sidera clamor.  
 Parte alia pulchro Martis succensa furore  
 Aecthromydum gēs saua furit quaque acrior ipse  
 Inuitat pugna stricto mucrone feruntur.  
 Per medios immane fremens furialia miscet  
 Prælia Saurrophagus ferro: crebroque furentem  
 Cornipedem stimulis fodit: ingruit aspera pectus

Quacunque ille ruit formido: timor que paor que  
 Exterrent mentes & formidabilis ira.  
 Ille per immensum strauit tot funera campum  
 Obuia quot freti telis & Marte cruento  
 Ora tulere: uiri: ceu syluis aspera Tygris  
 Hyrcanis rabie uentris stimulat a nephandi  
 Obuiet armentum, si fors truculent a rapaci  
 Hos petit atque illos morsu sternitque iuuenos,  
 Atque ipsis fugientibus insatiabilis haeret,  
 Spumant horrendi casorum in sanguine rictus.  
 Talis erat tantaeque furebat turbidus ira  
 Saurrophagus, largoq; implebat funere campos.  
 Trofartes paucis fugientum mixtus ad urbem  
 Qua leuior belli moles, leuiorq; tumultus  
 Vertit iter taciturn, fortuna euadere mortem  
 Annuit, & misero uit a producere regi  
 Vnum posse diem concessit: funditur omnis  
 Illicet & Murum densis exercitus armis  
 Obruitur, largis latitant sub cadibus arua.  
 Hic mentem egregiam ductor concepit, ut atram  
 Telorum nubem ad muros conuerteret urbis.  
 Nec mora Pordibarum Polyphonaq; Chleptichreana  
 Ductores uocat: e tumulo conceptaq; pandit  
 Consilia, & celeri iubet ire ad mœnia cursu.  
 Nulla mora est iusso, uertunt in mœnia cursum  
 Per subitum schala, rutilansq; apparuit ignis.  
 Forsan & illa dies urbis suprema fuisset  
 Ni Sol praeapidum tinxisset in aquora curruum  
 Ex alto Murum miseratus: mœnia iuxta  
 Tenduntur castra; & nocti conceditur atra  
 Concilium

Concilium interea rectorque hominumque deumque  
 Omnipotens uocat & sella sublimis ab alta  
 Vnde uidet quicquid immensus possidet orbis  
 Sydereique poli sedes; & talibus infit  
 Venit summa dies qua Murum scilicet imæ  
 Diruta adequetur terræ regnata per annos  
 Vrbs felix multos: pateat iam libera fatis  
 Semita: neu uestrum quisquā, impero, tendere contra  
 Audeat aut ulli faucat plus nemo minusue.  
 Parcæ hæc leges summa hæc sententia mentis  
 Dixerat: & contra paucis Cyllenius infit:  
 O pater, o hominum rector genitorque deorum  
 Quandoquidem fixa durarum lege sororum  
 Extingui haud quaquā Murū genus omne tenetur  
 Da partem, o genitor bellorum enare furores (tem  
 Aechthromyduq; manus fugere atq; euadere mor-  
 Iuppiter hæc do, nate tibi do quod petis inquit  
 Ergo age continuo terris illabere pennis  
 Et quos tanta cupis bellorum enare pericla  
 Effugiant dum nocte licet discrimina mortis.  
 Nec mora iam terras tenet & mandata parentis  
 Exequitur: regi similis Cyllenius. ingens  
 Turba coit iussa que ascendit in aquora puppi  
 Cum lachrymis procul ex oculis urbs incluta cedit,  
 Et iam flammiferis Titan afflabat Eos  
 Curtibus Aethiops primoque in limine cali  
 Præradiata noua spargebat lumina dextra  
 Saurophagus (neque enim in longum producere bellū  
 Tempus fata sinunt) delenda ad mœnia pergit.  
 Fortuna incumbens instructa signa repente.

Concinnere acie & bellandi accensa libido  
 Quemque fremens stimulat: densa praeincta corona  
 Culmina murorum apparent: clamoribus aer  
 Tunditur: & clangore tuba lituique recurui  
 Extemplo miles acres succensus in iras  
 Aut schalis prensant muros aut ignibus atris  
 Tecta petunt, portas alij conuellere tentant  
 Ariete: nunc facibus ferroque remellere postes;  
 Stant contra Mures celsoque a culmine muri  
 Missilibus caelum obscurant & lampade iacta  
 Saxaque deuoluunt: uasta conuulsa ruina  
 Agmina Catorum pereunt, subit undique miles.  
 Asper & ingenti proturbat ab aggere talo  
 Desuper astantes: longe fallente sagitta  
 Pars cadit aut ictu balista: turbidus ira  
 Pordibaris qua pugna uocat gemitusque cadentum  
 Hac subdit & lata protendens dura bipenni  
 Brachia nunc portas frangit: nunc abiecte longa  
 Proturbat stantes contra: nunc turribus altis  
 Ignem iactat atrox ferroque incendia misceat  
 Parte alia auulsa secum trahit agmina porta  
 Intra urbem crudo Mauorte accensus Apenis  
 Exultansque manu reseat in limine porta  
 Conuocat hac socias ex omni parte phalanges  
 Perfurit innumerus turbata in mœnia miles  
 Huc rector primique ducum Polyphonus acer  
 Pordibarisque ruunt: it toto turbida campo  
 Tempestas rapidoque furit per mœnia cursu  
 Non secus Aëolys ac fracto carcere ab antris  
 Odyssius Boreas Libyæque impulsor harena

Aphricus incumbunt pelago: contortaque ab imo  
 Carula turbato tollunt Neptunia fundo  
 Litora collidunt fluctus lateque sonantes  
 Signiferum spargunt unda per inania calum  
 Tum vero tremefacta nova formidine passim  
 Murum turba ruit vastoque impulsa tumultu  
 Qua pavor attonitos desertis mœnibus urget  
 Hac subeunt capta passim trepidatur in urbe  
 Astant pro tectis matres: uocat ultimus omnis  
 In sua fata labor: et assoque labore superne  
 Fictilibus certant fractis patinisque minutis  
 Quis gemitus stragemque uirum quis funera fando  
 Explicet egregia & multos dominata per annos  
 Urbs ruit: immissa diuum penetralia flamma,  
 Templaque sacra cadunt aditus sedesque deorum  
 Et sacra incesta populant altaria flamma  
 Conuulsasque domos sternuntur inertia passim  
 Corpora, perque uius per tecta domosque laresque  
 Horridus ætherias clamor diuerberat auras  
 Tum gemitus luctusque & feminei ululatus  
 Et trepitans per tecta uago Vulcanius ardor  
 Flammarum saltu uento impediēte remugit  
 Ut grauis abrupto triquetris regionibus Aetna  
 Immugit barathro depastaque sulphure tetros  
 Aetherias reboans ignes differt in auras:  
 Ut uero ad summi uentum penetralia regis  
 Exoritur late clamor tantoque boatu  
 Torquentum saxa resonant loca tormentorum  
 Proxima: concusso quantum ipsa tonitrua calo  
 Edunt cum iacto terret pater igne Typhæa

*Instant protecti clypeis exercitus omnis  
 Catorum, & nixuque unanimo densissima rumpunt  
 Hi schalis muros prensant hi lampada quassant  
 Flammiferam summaque signem ad fastigia iactant  
 At contra Mures summo de culmine tecti  
 Deuoluunt saxa & tectorum culmina iactant  
 Auulsamque ipsis turrim de mœnibus altis  
 Impellunt: ferro aggressi: magno illa fragore  
 Agmina Catorum super incidit atque ruina  
 Obruit ast subeunt alij incumbuntque uicissim  
 Cessat telorum nullum genus: asper ab ira  
 Chlepticreæ crebro diuerberat ariete postes  
 Natant conuulso perfracta cardine porta  
 Limina magnanimumque apparent tecta tyranni.  
 At domus interea matrum plangoribus alte  
 Impletur resonatque feris stridoribus omnis  
 Irrumpunt aditus infaeto tramite Cati  
 Inuaduntque omnes ferro uoque parcitur ulli  
 Proh crudus mentis furor & sitis aspra cruoris  
 Tum rerum ductor prospectans dura Trosartes  
 Amens arma caput pulchrum succurrit in armis  
 Oppetere & medios fertur furibundus in hostes  
 Atque exultantis casorum in sanguine Apennis  
 Non expectato transigit viscera ferro:  
 At ferus ut rapidis effulsit ductor in armis  
 Ingentem totis commissus viribus hastam  
 Pordibaris iacit & Martem sic uoce precatur.  
 Da pater armipotens (tua si mihi maxima diuina  
 Religio) ut nostro petat ictus Tartara telo  
 Trosartes spolia illa tibi sublimis in alta*

Suspendam quercu donum atque insigne trophaum  
 Nec uanum uoti fuit: incit a namque per oras  
 Lorica hasta femut ferro penetravit ad imum  
 Procubuit utamque leues dispersit in auras  
 Tros artes magnaue intrauit Tartaron umbra  
 Hic finis bello: aggesta extra incenia prada  
 Militibus permissa rapi flammisque rebellis  
 Urbs fuit excelsæ procumbunt funditus arces  
 Tunc æquata solo tristes cum sanguine poenas  
 Clisæ persoluit, ferro populataque flammis  
 Aevi supremas finiuit in ignibus horas  
 At uictor calso Patriam comit ante triumpho  
 Ingreditur: multoque deos ueneratus honore  
 Saurophagus reduci persoluit uota Tonante

Helaromyomachiae libelli tertij & ultimi

Finis





καὶ τίβι κῆρ σὺν ἔρωτι τυχεὶν ὄν ξενίσασα καμόντι  
 τόξα θεοῖο μάτις, πρῶτα λαβοῦσ' εἰπίβη  
 χ' ὥσ' αὐτὰς βελεέδην βῆ χ' ἔρως ὀπιισθεῖσ'  
 ἔνθα δὲ κ' ἔνθα βροτοῦς πλητῆσιν ἐφιπταμένω  
 θάμβει ὁ μὲν πλεγέντας ὄρων ἔβην αἶψα θανόντας  
 ἠδ' ἄτικός φλογεράν κύπρην ἐφικμένους  
 οἰομένω δὲ πλάνω, δόλῳ ἀλλήλοισι κοτίσσει  
 σωδραμον, ἄχρη μόρου δὴνὰ μαχησομένω  
 κὰν μὴ ἔρην μέσση νέμισις δέλυσεν ἰοῦσα  
 ἀντίβιοις πσιέτῃ, τραύμασι κῆρ καὶ ἔρως  
 ἔρ' ὅλοσ' διολερὸν μῶμον σάκος, ἦν γὰρ \* ἀγούσῃ  
 ἀθάνατος γοερῷ νόσφιν ἔρωτος ἔλω.

εἰς τὸ αὐτό.

κῆρ καὶ ἔρως μεθύσας τόξ' ἀλλάξασθ' ἀπεθνήσκουσιν,  
 ὧθον ὁ μὲν, χλοερὸν δὲ γέροντας ἔραν  
 θαῦμα δόλοιο χόλον. δῆρ' ἐν χόλῳ αἰνὰ μακύντων  
 εἰδ' ἄν' ἑα νέμισις, δῆρ' ἐγχεῖ μόρον  
 εἴτ' ἀπόλου συγερὸν μῶμου βέλος, ἦν γὰρ ἄσας  
 ἔσχατα δὴνὰ βροτῶν ὦλετο κῆρ καὶ ἔρως.

τῷ πέρῳ κρινίτῳ

λοξοβάτῳ χ' ὥρῃσιν ἀνήμερ' τίς σε ἐρηνύσ  
 ἄρνε καὶ ὕμνα γόραιο ἤλασεν ἀντίβιον  
 κρινίτον δῆσιν ἔρως γλῦκ' ἐφθορασ' ἀνθεμοῖσσι  
 νηδία μουσεῖα θελξάμενον κελεύει  
 τοῦ καὶ σωφροσύνῳ διορὸν καὶ ἐράσμιον ἦθος  
 οὐ μῶμος βασανθὺς εἶχε κακοσομῆν

ἀλλὰ γὰρ ἐμβάψας κόλποισι φίλα γῆρα τεοῖσιν  
 εἰνεκὰν φλογερῶ διυσμορῶ ἠπιάλῳ  
 καὶ τὸ μὲν ὤλειτο σῶμα, τὸ δὲ κλῆος ἀγλαομόλπε  
 οὐχ ὑβρίσιν διὰ κ' οὐ πυρρῶς ἀπολεῖ

*Si fortunarium fugeret te summa mearum,  
 Quamquam aestiva graues uexarint ocia cura,  
 Cardiacos inter gemitus, laterumque dolores  
 Ambitiosa nouas tentasset epistola uoces,  
 Altius exacti repetens certamina cursus.  
 Per iussa commenta sitis ieiunia, perque  
 Arcto relegari desert a in pascua uentris  
 Inuictitum prono concessa, neg ante palato,  
 Cum diuersa ferant, uario medicamine ducti,  
 Absint hi mellisque sapor, melleisque saba  
 Mixta peregrinis fomenta domestica succis,  
 Vnde uigor ut membris redeat, uelut acrius aures  
 Pulsat inoffense concors discordia uocis.  
 Atque ut cuncta tulit, rerum pugnantia seruab  
 Alternas passura uices, cum foedere certo  
 In sua se referent spatij's elementa peractis*

ἔμετε' βῶ κρονίδια ἐρμᾶ πολὺ φαμε διακτῶρ  
 προσφιλῆς ἀονίσι ταῦνομα περὶσι  
 διέξο τύχην ἀνόμοιον, ὁμοίῃς τέκτονα δώξασθαι  
 μακρονίδια. τυφλῶ μὲς φατι κλαρονόμον  
 ἀνὰ μένουσ' γλώσσας ῥάβδῳ ῥιχθὸς ἠπιοσ' ἄκρησ  
 κῆρ φάσος ἐξ αἰδίου ἠνθαμὶς ἀνίλῳ.

ἄλλος.

(ὁ αὐτός.)

γαυρομάχ' οὐ σφατόπλαστον ἄναξ φρονέον ἀλκήπεποι  
 χερσὶν ἀλόνει παύρων κάππεσιν ἀντιπάλων  
 θνητὰ φρονῶν βροτόπλασε μάθοις δειλόμεν ἄρχ' οὐ  
 οἰόμενοι, βασιλίδ' εἰς μόνον οὐρανόθεν  
 ἡγαθέου γένεος καλὸν τέκος ἀρεκίς εἰκὼν  
 σῶμα τὲ καὶ ψυχὴν ἀναφρέουσα πατρὸς  
 ἔλαθ' αἰσκαμένῳ τῶν σῶν κλῆος ἔλαθ' ὁμήρου  
 ἐκ μουσῶν διχθὰ μοῖραν ἀναχομένῳ  
 ὥς μάκαρ ἐξ ἀπαλῶν ὀνύχων ἑσπέρμονα γήρως  
 νικήσας ἀρεταῖς ἢ δὲ τύχας προγόνων  
 οὐδ' αἰμαῖν δ' εἰς ἄνδρα τελῶν ἐνδ' αἰμόνα φύσας  
 θαῶντα ἰδεῖν κατὰ πόντος γαστέρος ἐσομένῳ  
 ἀλλ' ἀνατλάμενος σωτὴρ πολυδιδύκεος ἀστὴρ  
 ὕβριος ἐξ ἀνέμων ναυῶν λυέπλαστομένῳ.

φωτὸς ὑπερφύος λαμπρῶν ποτὶ φέγγος ἄσπερον  
 ἐντὶ καλλοῖς ἀπρίξ ἐμφύον ἀρετὰ μὲν  
 κῆρ τέλοσ' εἰς ἀγέμεν μέσοιο κατ' ἐκτόσ' ἀρχ' ἀν  
 κ' ἀν συγχρὴ φθοκρον ἀντιφρέοιτο τύχα  
 πᾶ, ποκατὸ λυγέτασ' τέχ' οὐ γένετορ ἀλάστο  
 ἀν δὲ γίνοιτ' ἀρετὰσ' μὴ τυ λάθοιο φίλων  
 καὶ μάττον δὴ βούσ' ὁμοῦ μεγαθύμῳ μάχ' οὐ ἀμίλλασ',  
 ἢ δὲ κλῆος νικῶν τούσ' προγόνων πατέρας.

οἰθάδε παντόχως κείται βασιλῆος ἰατρὸς.

τὴν πέμπτην δεκάτην τὴν μετ' Ὀλυμπιάδα  
 δουλείαν ἀπλότῃτι φρενὸς καὶ πίεος ἀγνῆς  
 ἀλλὰ κόνι ποθινόν. ὃκ' ἴδε χάσμα βίου.  
 εἷς τότε νιχήσων καὶ τειράχισ' ὄλβον ἀπάντων  
 ζῶν δ' ὀλίγων στερηθεὶς πλείεσα θανάων κατέχθ.

Epigramma  
 satirico per la  
 morte di Papa  
 Giulio II

ἔλκεδ' ἡλωδύαν ἀναχισάτῳ ἦτε καλχόν  
 πρόσθε κῶ συγεράσ' ἔρματα διςυχίας.  
 πλουτήσαα δὲ κακὸς ὁ φιλάργυρος ὤθειον ἄνδρα  
 ἀσθενέας θεόθεν φθύνειν ἰσάμενον  
 ἦσθε το μισείσαο τε καθάρματος αἰσυλον ἦτορ  
 μαρτύρῃος προῖκα ῥύσοντ' ἄκοντα κακοῦ  
 φείδικο κ' ἐσώρουε φιλάργυρε δίλφα θεοῖσιν  
 ἐν βοᾷ ἄν' οὐρανῷ ἦς σώματος δῦρον ἄκορ

(λίσσ' αὐτόσ  
 ιυ. δέξο τάχ' οὐ με χάρων σα. τὸς δ' εἰ φίλ' ιυ. ἰδ-  
 ἀρχ κερβύς ὁ πάρος γῆστοι πόλιν τε μέδον  
 σα. μάτ' εἰσέβαιν' δ' ὅμως ιυ. περὶ μᾶφρετις λόγος  
 σα. μικρόστις ιυ. μνήμη δὲ δ' αἰετὶς μεγάλων (ὕμῳ  
 σα. τῶν ποτε ιυ. φλαμπήσ, τῶς κος, ζενετῶς ἐδάμα  
 καὶ κελτούς γαίαν ἐκβαλον ἰταλιν (οσα  
 σα. φθίσας ἴβηρ καὶ κελτὶ κελβετὶ γάυρικε πῶς οὔν  
 πᾶς τίς ὅποιος ὕμῳ ταῶτα παρηνγγάφῃς  
 ιυ. χρέμασι καὶ βελίσιν ἐμαῖς οἷον πάρος δῦρον  
 ἐς φάος ἐργόμενος κάλλιπον ἰταλίν  
 σα. εἶεν ἀτὰρ μίνος ὁ πῖθον σοι ταῶτα δικάσαι

ὦν δ' ἄγε τὴν κόπην τὴν δ' ὁμότηχ' ὅτ' ἔλα

φιλοφρονδύντα πᾶσι καὶ κυμλῇ ἔροτων  
 βλάσφημος ὕβρις αἰσάχ' ὑποσ' κύων  
 ἔκοντ' ἄκοντα πάντοθ' ἡρθισμένον  
 ἐμπροσθέν λασθήμεν ἐβιάσω σρόπων  
 τί δ' ἄλλ' καὶ πῶθ' καὶ πόθεν θύοι μόθων  
 τισιν πεπαθῶς ὥσπερ φρονάμασ'  
 ἄρ' ὥς φαλάροισ' ἵπποισ' ἐσκύλασμεν  
 ἢ ταιρ' ἐρασάωσ' οἷσ' κεκαλλωπισμένῃ  
 χρυσῶ τε πολλῶ καὶ σροφᾶσ' κώῃσ' τέ λ' δ'  
 ἅπαντα θολμᾶσ' καὶ βροτοῦσ' καταφρονῶν  
 ἀχλὺν νομίζῃ καὶ σκιάν' ἔμεν θεῶν  
 ἀλλ' οὐχ' ἰ κώῃσ' ἰσχυμένῳ χρεῶν  
 εὐμεικτοσ' οὔτε πορφυρᾶσ' κ' ε' χρυσίων  
 μαθησέτοσ' δ' αἰκείθεν ἢ παιδιδύσεωσ'  
 ὧν ἴσον ὄντωσ' ἢ φρενῶν ἔχουσ' μέρος  
 τὰ μὲν γὰρ ἄλλα φροῦδα σώμαστος πέρι  
 γένετοσ' τε φλοίσβω καὶ τύχασ' ἀθυρμάτων  
 φράσαισ' περισσόν. προῦπτα δ' αὖ οἷος φάνησ'  
 ἱατροτέχνησ' σύκνησ' μολύβδου  
 κόλαξ αἰδρις κομπόσ' ὑβλώσῃσ' φέναξ  
 αἰσχ' ὑνομ' εἰπεῖν οὐ τὴν ἀλλὰ μὲν χάριν  
 τὸ γὰρ σ' ἀκόσαι καλὸν αἰσχρὸν μοι λέγαν.

## COSMO MEDICI ILLVSTISS.

Florent. Duci Secundo.

ΩΩ

**A**spersa concretis condit quas Bruma pruinis  
 Ver tepidum grato germine promit opes.  
 Latus, ut aestiva matura caloribus Aura,  
 Autumnius gravidis poma ministret agris.  
 Quam melior spes, Cosme, fouet tua rura colentes,  
 Quos bona, uix iactō semine, messis alit.  
 Aequa Ducum factis ueterum facundia praesto est,  
 Quem subeunt gestis amula uerba tuis?  
 Pro meritis quis templa colit? dare parua uidemur,  
 At quae nunc otij est, copia magna damus,  
 Quod si tranquillo dabitur considerare portu  
 Musa breuis referet, munera longa mora.

τῷ αὐτῷ.

πλάσσει φίλος μὲν σῶμα γονύς, καὶ σύζυγος ἐνὶ  
 ὥσκειν ὀπισθογόνων διηρόν ἐμὲν γενεάν.  
 οὐρανίαν δὲ μέδων τὸ λογιστικὸν ἔμβαλεν ἦτορ,  
 ὅφρ' ἀγαθὸν διηλοῦν σὺν τε, κράτ' ἐσοφίην.  
 σὴ δὲ τύχη σ' ἀκέουσα πλάναις, καὶ γήραος ἔλκη,  
 ἄφθονον ὥς τε βιοῦν πόρσυν ἐλευτερίην,  
 τῷ δ' ἄρα πλεῖν ὥφληκα βιωῶν μάλα δόξαν ἐκείσθαι  
 μνησαίμην δύνουσι τὰς γ' ἐπ' ἐμοὶ χάρτας.

De Amore &amp; Morte.

Nactus idem hospitium noctu cum Morte Cupido,  
 Mutatis temere mane abeunt pharetris.  
 Et ac dolet inualidis dare uulnera, fortes

*Ille mori, dubius suscitatur arma dolus,  
 Pugnantes dirimit Nemesis, male perdit a cesses,  
 Summā hominē fugiant haec mala, Mors, & A*  
 (ηρα

*De Venere & Pallade*

*Cum Venus Aeneae Vulcania posceret arma  
 Pallas ad hanc, audes ista rogare uirum?  
 Cui Venus aridens, quid ni Tritonia? cum me  
 Non leuiora tuo poscat Erichthonio.*

πρῶτος βασιὼν ἄκουσε πατρίδος πατὴρ  
 ζῶν δαυτέρου τὸ δαυτέρου κοσμάσ' ἀγὸς  
 τρίτος δὲ τί, γνωρῆσε τ' ἐν καιρῷ τύχη.

αἰρίατοι χλοάϊ ραδισαλῶ μέγα ἔαρι κόσμος  
 τῷ δὲ θέρῃ μαλιερῷ πηκτικὰ φυλλοροεῖ  
 καὶ σὺ θέρῃ κλειρεῖα ριτομήνιος ἐξέμαράνθησ'  
 ἐξ ἔαρος σε λόχος οὐ τέως εἴλε προμον  
 ωκύμοροι δαγὰθοι, ἔραχ' ὃ μὲν θεοπέθεσι χάριμα  
 ἥσ' ὁ, θανῶν δ' ἔλπιεσ' δακρυδιωλύγιον



**G**racarum litterarum profusissimus eruditionem,  
Giri in unoquoque genere doctrinarum prestan-  
tissimi, diu multumque mecum cogitavi, quid potis-  
simum uestris auribus dignum, nostraque professionis  
præfationi non absolum deligerem. Occurrerant uti-  
que multa. Atque in primis uetus illa ac summo pe-  
re laudabilis eorum consuetudo qui ante me iisdem in-  
terpretandi muneribus operam nauiter impenderent,  
ea est uel auctorem ipsum, quem explanandum sumpse-  
rint; uel ipsius hæresin laudare atque a detractoribus  
iudicare. Quam quidem eorum institutionem a præ-  
stantissimis uiris adinuentam ac diuersis temporibus  
maturo sapientum iudicio confirmatam ita mihi sem-  
per obseruandam duxerim ut ab ea, quod inquit un-  
gue, latius discedere nunquam mihi licere constitue-  
rim. Quippe qui illis quicquid sum totum me debeam.  
Eo autem libentius illis accedo quia non temere sed cum  
multis alijs rationibus tum eo maxime illos in hanc  
sententiam conuenisse uideo, quod natura ipsa igne-  
ta atque occulta quæque quamuis prætiosa negligan-  
tur. opertuit igitur & in hoc ut in plerisque alijs ne-  
gotijs quid & quale id esset quod proponeretur profes-  
sorem dilucidare. Sed rursus non minor ita constituto  
difficultas oboriebatur. Videbam. quâ plurimos uete-  
rum sed et memoria nostra Landinum ac Politianum,  
nouissime autem et Vergilium meum quem præceptorem  
in hac facultate confiteri non erubesco, ita facundis et



elegantè, ita cumulate ac distinctè Poëtices ac Rhetorices & id genus alia membra complexos esse, atque ab obrectatoribus asseruisse, ut uani hominis ac non sua mentis compotis etiam nunc iudicauerim in eam prouinciam temerarias manus inycere. præsertim cum breui dilapso temporis intervallo uox adhuc de Poëtice ac Rhetorice recentior concinnis facundæ suauiloquentiæ modulationibus aures uestras senore pererret ac demulceat. nam quid ego ab illis dictū facundius aut elegatius me dicturum, aut quid ydem non inuenerint inuenturum me præsumpserim? Supererat ut illum ipsum cuius interpretationem profiteor Homerum poetarum principem meritis laudibus extollerem celebraremque. Quod quidem optimū facturatus iam iā conatus essem, nisi uenisset in mentem totius Græcæ litteraturæ calamitas. Quæ uel initio temporum uel nostro potius cum maxime librorū copia uigere ac florere debuisset, tunc maxime defloruerit ac penè defecerit. Naturam igitur optimam rerum omnium parentem ducem secutus, quæ linguæ corporis in eam partem potissimum uegeta confluit, quæ morbi uis insedit, Homeri laudes differre constitui: longe pulcherrimum atque utilissimum ducens Græcæ locutionis facultatem coruscæ rationis acie pro uiribus a detractoribus assertam dignitati suæ restituere: in qua re simul in Homeri laudem non nihil consequar si eam linguam in qua ipse floruerit honestā utilem necessaria ceterarumque principē demonstrauero; Quod utinā patrocínio meo præstare possim. Res enim difficilis atque inuidiosa est, cum ex se, et nunc

ex aduersariorum copijs, qui nihil honestum nihil utile nihil necessarium quod ipsi nescierint esse contendunt, & cum Catonis imitati prudentiam, qui iam senior literis Gracis incubuit illas cōsequi possent turpiter uituperare malunt optimam linguæ latinæ parentem illam turpem, illam inutilem, illam nihili dēctitantes, ceci, ut uetus est uerbum, de coloribus indicantes. Mihi autē ne natura benignitatem inficiat, ingenij est aliquid, sed incultū. par memoria; exercitationis uitio scilicet imperfecta. Studium cum & fronti consulendum fuerit non satis uehemens diligentia non ad superstitionem, iudicium quale fert ætas. Audendum tamē fuit, ne quod inquit Endymionis somnū obdormirem sed aliquādo promouere si nō qua deberem qua possem Gracis litteris cōferēs. nam si illis maledicere licet, cur mihi bene dicere non liceat. Quod eo confidentius aggressus sum, cum uestre sapientiæ clementia fretus quam breuitati temporis aliquid condonaturam confido; tum quod cum gentis odio plerumque Græcorum dialectus cōiutjs proscindatur ac laceretur, fortuna beneficio quæ me Latinū produxerit non contemnendam laboris in hoc primo meo certamine partem subterfugisse uideo. Attentiores enim simul & equiores aures mihi uos prestituros confido homini, quem commertio sanguinis atque educationis cōtubernio nihil Græcica tumiditatis ad pompam profusurum calleatis: sed res ipsas uti sunt libero animo prolaturū, quā si nuper Græcus aduena patrium sermonem celebrare laudibus æsentarem. Sed ad rem ueniamus. Rerū omnium quas

uniuersi globus iste complectitur ea lex est ut alia a-  
 lij successiuis necessitudinibus ad ultimum quoddā  
 subordinata suis unaquaque perse finibus continea-  
 tur atque claudatur. Quod cum in plerisque omnibus  
 tū in hominis cōstructione facillime deprehenditur.  
 In ea enim caput humeri manus uenter femur cru-  
 ra pedes & cetera uisuntur. Qua cum simul omnia  
 ad bene esse animantis tanquam ad ultimum conten-  
 dant diuersis tamen rationibus ac finibus concurrunt  
 Vt oculus ad uisionem manus ad diuersas actiones pu-  
 denda ad generis conseruationem pedes ad iter & i-  
 ta de singulis. Sane igitur probatissimorum senten-  
 tia oportet eum qui de re quapiam sibi differendum  
 constituerit in primis finis huius uel si placet officij  
 rationem pra oculis habere: al fine enim singula deno-  
 minationem suscipiunt. Quemadmodum igitur libe-  
 ralium omnium artium quidam singulis est finis ue-  
 luti rethorices persuasio, poetices utilis delectatio: ita  
 earum matris atque alumnae linguae finis est, quoscu-  
 que conceptus animi facile proprie exacteque depro-  
 mere. Illud autem consequetur si nominum omnis  
 generis copia ac potestate multiplici si uerbis itidem  
 si participijs si ceteris orationis partibus significan-  
 tius abundauerit. Quod cum ita sit ea dialectus quae  
 facilius & exactius omnis animi conceptiones depro-  
 pserit ac proprietatis in quadam quasi palpandis ob-  
 uio porre xerit, princeps omnium procul dubio conuin-  
 cetur. Sed inter totius humani generis diuersas  
 ac per uniuersum diuisas nationes ac gentes a princi-  
 pio adhuc etatem successiuis temporibus tres linguas  
 pra alijs

præ alijs cum dicendi facultate, tum scriptorum ma-  
 gni nominis copia floruisse atque excelluisse conspici-  
 mus Hebraeam Græcam et Latinam. Quas inter hoc  
 totum certamen committi necesse est, Sed Hebræa qui  
 de prolato aspera ac pene barbara nec satis casibus di-  
 functa, cum se scripturarum suarum quæ ad nos factæ  
 agmine transierunt patrocinio destitutam uideat, alia  
 bus facile cedit. Latina uero domitam gloria militiæ  
 Græci ratione dicendi quoque superare tetrauit. quod  
 utrum effecerit uideamus: non quidem singula curio-  
 se perscrutantes, sed multis quædam quasi per degu-  
 stationem delibantes. Græcorum litteratores dictionum  
 uires ac differentias acutius inspicientes in octo partes  
 orationem diuiserunt, quibus omnem loquendi faculta-  
 tem comprehendi uestigare. hos imitata Latinorum  
 sedulitas in totidem partita est: sed non eadem felici-  
 tate. Nam cum articuli usum, qui plurimum apud  
 Græcos concinnitatis habet, et efficaciæ consequi non  
 potuissent, quæ saltem numeræ partiū Græcos æquaret,  
 intersectiones quas aduerbijs illi iungere loco partis ef-  
 se uoluerunt, reliquas ut apud Græcos iacent isdem no-  
 minibus disponentes, de quibus iam collatis signis a-  
 gamus. Nominum tam primitiuorum quam dedu-  
 ctorum cuiusvis appellationis Græcis ea uis est: ea uber-  
 tus, ut nihil ferme sit uel excogitari possit quod signi-  
 ficant ex & proprie alijs appellationem non suscipiat.  
 Possem singula nominum genera retensere ac multi-  
 moda deriuandi formationis exemplis in medium  
 adductis rem cumulate discutere. Sed cum longioris  
 sit narrationis singula perscrutari, ne patientia uestra

diutius abuterer hanc partem silentio trāfigere cōfisi  
 tui. Res. n. et si nō omnino tenuis, ita tamen oculis omni-  
 nū exposita est, ut exemplis agere superuacuum sit. & tamen  
 aliquid attingā nō paruo argumēto est. Graece  
 faciendatis cōpositionis facilitas et cōcinnitas, quae tā-  
 ta est quanta nec exprimi potest. hāc admiratus Quinti-  
 lianus Græcos in cōpositione felices dicere nō dubita-  
 uit, et merito, quid. n. nō licet illis, placidis ut Flaccius  
 ait coeūt immitia et ipsi serpentes ambus geminātar  
 tygribus agni. Quippe duo uel plura diuersa iungentes  
 permutatis etiam litteris quodlibet ad placitū pene  
 cōfingūt. hinc illa facilis nominis rebus nominis imposi-  
 tio atq; exacta proprietatis expressio. in qua re mira-  
 bilis profecto cāsendus est quisquis illius fuerit auctor  
 οὐδὲ γὰρ τοῦτοὺς φασὶ πρός διόνυσον. tā futuro  
 rē. n. quā præsentiā uidetur habuisse rationē. Latine  
 uero nō ea cōponendi licentia est neq; ea nominū copia  
 multa. n. apud ueteres scriptores Latina lingua ex-  
 cipes proprijs nominibus carentia periphrasi circūsc-  
 ripta uidemus, quae si uno uerbo aq. significāter expri-  
 mere potuissent, fecissent utiq; multa etiā Græcis no-  
 minibus ad Latina inflexionem diductis, quibus coti-  
 die utimur interdū etiā Græca esse nescientes. Qualia  
 sunt, pater, mater, turba, sacrus, uulnus, lacus, caulis et  
 quāplurima alia. Quae logō possessionis usu nostri iuris  
 euasisse forte quis asserat, optime prorsus si uocabulorū  
 quoq; præscriptio teporanea per leges inducitur. Sane  
 ego nō minus ea Græca cōiūda puto quae ab antiquis  
 usurpata sunt quā quae a iuniorib. et nostra tepestatis  
 hominibus, quauis maiores nostri modestius id egere  
 a iuniora fortasse cōfidentius. et hac de nomine, quae qui

de uerbo quoque pariter cōpetit si quidem. n. simplicitas  
 uerborum nominum est uberior apud Gracos quam no-  
 minum neq. inferior proprietatis efficacia. Cōpositionis  
 perfectio eade licetia est et usus idē nō dispari fortuna.  
 nā plurima Graci uno uerbo exprimunt quae a Latinis  
 aegre longis ambagibus dictionis describuntur. qualia  
 multa uidere licet si Latinas translationes et Gracos  
 archetypis cōferas nō modo in uerbis sed etiā in nomi-  
 nibus et aduerbijs. deriuatione quoq. licetiose eade fœliti-  
 tate utitur tū a uerbis quā nominib., quod et Latini  
 aliquādo licet, alia uerba passim deriuantes. Vt autem  
 quae uerbo propria sūt aliquatenus attingam. comitto  
 quod Graci ab actiuo uerbo nō modo passiuū in omnib.  
 modis et temporibus proprie formāt quod Latini per sub-  
 statiuū et participiū supplet sed medijs etiā in diuisione  
 temporū diligentiores uel ut linguae nō hominibus im-  
 putetur, fœliciores uidetur fuisse Graci quā latini. Du-  
 plice. n. prateriti perfecti intellectū quē Latini una uo-  
 ce dubie proferūt diuidetes in aoristū et paracimenū fi-  
 niti et infiniti ut par est ratione habentes expressionē  
 metis exactiore fecerūt et dilucidiorē. Futurū quoq.  
 nō impare iudicio partiti sūt in futurū et paulopost fu-  
 turū. Multū interest. n. si regnaturus aliquis, ne dicā  
 moriturus paulo uel multo post regnabit. Interfit scire  
 dicat aliquis. quid tū? nonne et Latini hoc idem fœci-  
 le exprimūt? Quasi ego latine id dici posse negem. ex-  
 primūt et alia omnia sed quod hi multis uerbis Graci  
 unico efficiunt. in qua re maxime lingua mitior appa-  
 ret. Sed et dualis numerus qui superfluus quibusda hi-  
 detur nō meo tamē iudicio sed Aristotelis quoque resti-

monio 1. de Calo iure adiuvendus plurimum lingua  
 confert. Siquidem enim quinque sensibus in homine  
 existentibus, tribus iure copetit visui audiri tactui,  
 duos namque oculos eisdemque aures ac manus habemus,  
 de quibus, sermo quoties incidit, longe rationa  
 bilius ac dilucidius duali utemur quam plurali. Neque  
 vero in his tamen sed in alijs etiam quoquo modo si-  
 milibus eadem ratione utemur: aliter in tenebris la-  
 bebimur ambiguitatis. Nam ut cetera omiserim. Quis  
 illud Danielis V 11. tradensur in manu eius usque  
 ad tempus & tempora & dimidium temporis, sane  
 litteraliter intelligeret, qui tempora in codicibus gra-  
 eis duali numero prolata nesciret? nemo propterea. Non  
 itaque superfluum quod aliter necessarium comproba-  
 vimus sed necessarium potius est dicendum. Quid autem  
 de participio dicam? quod ideo inuentum perhibent ut  
 oratio brevior sit et dilucidior, usu enim illius pronomi-  
 na adverbia ac coniunctiones quae simul aliquando cum  
 verba ponere necesse esset evitarentur. Quis hominum Gra-  
 eia participijs abundantior? Quibus uberius nascitur  
 ista seges, quis quamvis fecundus ac exultans ager huic  
 si coferatur non incultus ac pene sterilis videtur? Graeci  
 nam, ut uno verbo dica a verbo tot format participia  
 quot in eo tempora sunt: quod Latini frustra tentaverunt  
 nam praesentis passivi & praeteriti activi participia  
 nullatenus consequi potuerunt. Omitto reliquas oratio-  
 nis partes, et in primis articulum, qui quicquid est ne-  
 cessaria quidem illius Latini sperare potuerunt. Facio  
 pronomina. Inactas etiam & praepositiones relinquo  
 Quarum vel perse vel in compositione considerat arum

ea res est qua nec desiderari queat amplior. Neque de  
 uerbyz uerbum facio, quoru numero ac sensu Graeci  
 longe praestant, nam quis τὸ πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις τὸ αἰσιν  
 εἰδέναι τοῦ τὸ ὁμοῦ αἰσιν sensum Latine uno uerbo  
 exprimat, Coniunctiones insuper praetereo. Non enim  
 ut praediximus, curiose de singulis tractare cœsumus,  
 sed desultorie quodammodo pertingere quoad facile  
 colligi posset per exemplum quoddam, ut in uenaliū  
 quibusdam fieri assolet, qualis tota res quāuis absens  
 existeret. Quod aliquatenus assecuti uidemur ex his  
 qua diximus. Nam Latinos cu praecepta grammati-  
 ces ac plurima alia a Graecis accepisse demonstrauimus  
 tum etiam congregi ausos ac suis telis Graecos confode-  
 re adnixos nō eadem fortuna litterarum quam armō-  
 riu certamina peregrisse sed honestam de se Graecis u-  
 ctoria reliquisse, Cuius rei testes quamplurimos ex La-  
 tinis magni nominis scriptoribus adducere licet, qui  
 ingenue fatentur fatūdia Graecos praecellere. Et ut Sa-  
 lustiū omiserim qui in Iugurtha de Marij ferocitate  
 uerba faciens obiter hoc potissimū nomine facundia  
 Graecā dialectū signat his uerbis. Is natus omnem  
 pueritiam Harpini altus stipendijs faciundis non in  
 Graeca facundia se exercuit. Flaccus in poetica cū ra-  
 tionem ditandi Romanam linguam nouis uerbis edo-  
 ceret, ea de Graecis usurpanda censuit et admonuit, a  
 quibus et ueteres accepisse et copiose a iunioribus acci-  
 pi posse testatur, ait enim, Si forte necesse est, Indicijs  
 monstrare recentibus abdita rerum, Fingere cinctutis  
 non exaudita Cethegis Cōtinget, dabiturque licentia  
 sumpta pudenter, Et noua fœtaque nuper habebunt.



uerba fidem, si Græco fonte cadat parca detorta: quid  
autem Cecilio Plautoq. dabit Romanus, ademptum  
Virgilia Varroq. ego cur acquirere pauca si possum  
inuideor? cum lingua Catonis et Enni Sermonem pa-  
trium ditauerit, et noua rerum Nomina protulerit.  
Nunc fatetur hic aperte Flaccus Latinorum agesta-  
re et Græcas pariter diuitias comedat. Sed et Diuus  
August. doctrina specimen VIII de Ciuitate Dei  
Græca inquit lingua inter gentes clarior habetur. et  
rursus Græcorum inquit lingua in gentib. præminet.  
Sed uocat (inquit) Cicero Græciam uerborum inopem  
Sed Flaccus sed Sallustius sed Quintilianus facundia  
dicit, diuitem asserit. Sed iam Ciceronis uerba perpen-  
damus. Quæ Tuscul. II. ubi de dolore et labore agit sic  
habentur. hæc duo inquit Græci illi quorum lingua co-  
piosior est nostra uno nomine appellat, itaq. industrios  
homines illi studiosos uel potius amantes doloris appel-  
lant nos commodius laboriosos. aliud est. n. laborare, a-  
liud dolere, o uerborum interdum inops quibus abundare  
te semper putas Græcia. aliud est inquit laborare aliud  
dolere. Vides ne quomodo nos ludificet Cicerone. Quos  
Latinis copiosiores concedit eosdem uocat inopes scd in-  
terdum non semper. Bene est. Age uero quæ tandem in-  
opia est Cicero duo finitima (ut tu inquit) eodem no-  
mine appellare. non ne plura diuersa apud Latinos a-  
cies significat, acumen usus, ensis cuspitem et quoddam  
militum agmen. Sed hæc (inquit) etiam alio nomine  
proprie appellamus optime. non ne τὸ ἄλγος dolorem  
apud Græcos etiam significat: καὶ ὁ καμάτος καὶ  
μῆχθος καὶ κόπος laborem. quod si τὰνὸς περὶ

hoc ego ad copiam non ad inopiam facere crediderim  
 tu uero negas? Sed hoc etiam scire uelim cur φιλόπο-  
 ρος compositus nomen παρὰ τὸ φιλέειν quod est amare  
 καὶ τὸ πόνε qui etiā testimonio tuo tā laborē quam  
 dolore significat potius amātem doloris quam laboris  
 interpretēris. nulla est ratio nisi fallor, ob quam potius  
 doloris quam laboris amantem significat. huic igitur  
 uis credam unico testi qui tam facile suis uerbis ter-  
 giversari cōuincitur tot probat a fidei uiros repellam?  
 Sed esto admittatur Cicero & careat uiginti nomi-  
 nibus Gracia nedum importunitate & ineptia. An  
 ideo inops dicenda est Gracia, Latīn quod caret inuis-  
 meris diues. uel hoc ipso testimonio satis honestam fa-  
 cundiam Gracoriū probat Cicero tam pauca illis dees-  
 se testatus. Non modo autem honesta sed utilis quoque  
 cum ex praedictis tum ex alijs rationibus demonstratur  
 nam si Stoicis credimus, nihil honestum quod non uti-  
 le sit. sed ut apertius agamus. Omnis quae inter mor-  
 tales uersatur utilitas bifariam diuidi potest, aut e-  
 nim ad animum aut ad corpus refertur. Sed ea quae  
 ad corpus spectat utilitas, licet aliquatenus naturalis  
 considerationis existat quia tamen mechanicis etiam  
 cōmunicat artibus silentio transigatur. quae uero ad  
 animum pertinet cum circa nobilissimam natura-  
 lium partem uersetur, an eam litteris Gracis cōsequi  
 possimus breuiter consideremus. Inter sapientiae pro-  
 fessores qui probatissimi perhibentur omne sapien-  
 tia studium in actione & contemplatione uersa-  
 ri dixerunt. Quarum alteram ad uitam agen-  
 dam idest ad mores pertinet. alterius uestigare natu-

ra causas & ueritatem ipsam exquirere interfit, hanc  
 actiuam, illam contemplatiuam appellant. Vtraque  
 autem a Græcis, partim inuenta prorsus omnis excelsa  
 perfectionem suam tandem recepit. Nam Phereci-  
 dis discipulus, Pythagoras ille Samius contemplatiue  
 plurimum contulisse perhibetur. Socrates uero Ar-  
 chelai auditor in actiua excelluisse memoratur. Plato  
 demum non modo Socratis & Pythagore frequentator  
 & obseruator, sed Ægyptia atque Indica discipli-  
 na sollers uenator, utramq; iugendo philosophiam per-  
 fecisse laudatur. Qui diuina quadam mentis acie ter-  
 ram calumque complexus quantum mortali conce-  
 ditur absolutum sapientiæ studium multis uolumini-  
 bus posteris reliquit. hunc secutus Aristoteles acri-  
 uir ingenio doctrinaque mirabili totius philosophiæ  
 membra quasi catenam quãdam composuit & con-  
 texuit. Quid Iamblicum Proclum Plotinum Plutar-  
 chum, quid Theophrastum Themistium Porphyrium  
 Alexandrum, quid alios Academicos & Peripate-  
 ticos referam, qui suis temporibus exemplo uitæ simul  
 & multiplicibus philosophiæ traditionibus plurimum  
 mortalibus contulerunt. Quid ceteras philosophantium  
 scholas memorem Stoicos Cynicos Epicuros Scepticos,  
 Qui pro captu ingenij sui unusquisque uiam ad beati-  
 tudinem uestigare. Omitto Rhetoras, Isocrate Hipe-  
 ridem Æschinem, Demosthenem in quibus quid elo-  
 quentia posset enituit. transeo Historicos Dionem Dio-  
 dorum Herodotum Thucydiden. Prætereo Poetas Or-  
 pheum Aratum Empedoclem Dionysium Æschilum  
 Menædrum ipsum denique Homerum totius sapien-

*sic seminarium. Quid legum latores referam destituat dies scriptorum nomina nedum scripta prosequentem. Et audet quisquam Græcam linguam anutilem dicere, quæ liberales artes Grammaticen Logicam Rhethoricen Geometriam Arithmeticam Musicam Astrologiam adinuenit, profecuta est, perfecit. quæ Poeticen, quæ Philosophiam omnem peperit, excoluit, consummauit, consummatamque cæteris gentibus aperuit, suis illas lucubrationibus honestatur. Et tamen sunt qui audeant non uidentes se pariter Latinis autoribus detrahere. Qui ab illa quacunque ferme habens acceperunt. Neque uero Latinos per quos profecerint fateri pudet. An tu Virgilium si reuiscat interrogatum si quid ab Homero decerptum suis carminibus inseruerit nihil responsurum putas? Cui facillime si negaret falsi conuinci posset. Profecito non erubescit Cicero non solum Philosophiæ sed Oratoriæ quoque cuius apud Latinos culmen tenuit, præcepta quæ scripserit de Græcis pleraque trāstulisse confiteri. Quod cum alibi tum in Rhetoricorum Officiorum ac Tusculanarum proœmijs manifeste deprehenditur. Platonem uero ita admiratur, ita ueneratur, ut placitis illius etiam si nullis rationibus roborentur uiri dūt axat autori ac fretus se gloriatur adhasurum. tantum homini tribuit ut secum si detur optio, malit errare quam cū cæteris bene sentire. Aristotelis insuper laudator non frigidus Et admirator existit ita tamen ut illum Platoni cedere dilucide profiteatur, quamuis iudicio multorum et quidem magnorum uirorum de corona cum Platone cō-*

ostendat. Neque solus hos admiratur & colit Cicero  
 sed universus orbis unanimi sententia summis lau-  
 dibus. prosequitur ac veneratur. Et sane non immerito.  
 Quid enim prestare posset homini natura supremo ni-  
 siu in illis tentavit. Quod autē pate omnium dictū uelim  
 habent Romani quem Demostheni comparent Cice-  
 ronem, quem Homero Virgilium, quos alijs etiam a-  
 lios. Sed quem uel Platoni uel Aristoteli comparent  
 habent neminem: hic ego uos appello qui Gracā lin-  
 guā ut turpem ut inutilem trahitis, dilaceratis, quā  
 dialectus honesta est si Graca turpis? Quae utilis? si  
 Graca inutilis: a qua disciplinarum omnium fons nō  
 modo emanauit sed & perfectionem suscepit. In qua  
 pariuuentis facundia & eloquentia. Nam uel nulla  
 lingua uel aliqua honesta est & utilis, si nulla, cur  
 Gracam solā uituperas, si aliqua, Graca profecto quae  
 facundia & sapientum scriptorum copia ceteris prae-  
 stet. iam non utilis tantū sed necessaria quoque Gra-  
 ca dialectus uel ex praemissis facile colligitur. Nā cū  
 plurima sint apud Latinos proprio nomine earentia  
 quadam etiam cottidie emergant Gracis autem &  
 uocabulorum copia sit & componendi felicitas a qui-  
 bus nos ex Flacci sententia mutuari facile possimus  
 et debeamus id attente eorum literis eruditum  
 esse necesse est. Praeterea cum sapientia studiū ad ex-  
 colendum animos homini tam proprium sit quam  
 necessariū, illud autem philosophia traditionibus asse-  
 qui possimus quae apud Gracos orta et ibidē consumma-  
 ta est Gracorum literis incubere necessario cōpellimur.  
 Neque uero nobis in hac parte desunt Latinorum scripto-

omni testimonia ad huius sententiae roborationem. Nā  
 et Flaccus ipse quem iam saepe testem uoco cū propter  
 ingenij sublimitatem tā quod illis caret omnib. quae  
 ab iudice noluit abesse. Caesar ille Sallustianus, is eo ne  
 necessariam Gracam linguam censuit ut diu noctuque  
 illorū exemplaribus incubendū censuerit et admonue  
 rit. In poetica. n. inquit. Vos exemplaria Graca noctur  
 na uersate manu uersate diurna. Quintilianus etiam  
 in primo suarū Institutionū nō diuersa scit ab Hora  
 ty sententia. nā futurū oratorem a Gracis litteris in  
 cipere iubet quae faciūdia sint et doctrina superiores at  
 q; ideo magis necessaria & quoniam quae necessaria  
 magis sunt, illa in prōptu magis habere oporteat, pri  
 mis annis Gracorum studiorum provinciam deman  
 dauit quod ea etate facilius scilicet addiscamus et fi  
 delius quae didicerimus memoria conseruemus. Vnde  
 Horatius Quo semel est imbuta recens, seruabit o  
 dorem testa diu. & Virgilius, à teneris assuescere  
 multum est. Vacuus enim tunc animus noster quae  
 sibi traduntur auidius haurit, haustaue penetrabi  
 bus pectoris altius imprimi & affigit. Quocirca stu  
 dendū est pueris quā optima semper proponere. In  
 re igitur Quintilianus optimam ac necessariam Gra  
 cam linguam cognoscens ab ea potissimum pueros in  
 cipere noluit. Sed obijciat quispiam tunc quidem ne  
 cessariā fuisse linguā Gracā propter latinorū scriptorū  
 inopiā. Nūo uero ea librorū Latinorū copiā exūdare  
 talia ut peregrinis uti non oporteat. Pulchre dictū si  
 uere. Sed quo tēpore Quintilianus uixit nō minor erat  
 copia quā nūc sit Latinorū scriptorū. Siquidē. n. capta  
 sapius atq; incēsa a Barbaris Roma uastataq; Italia

multo plures ex antiquis authoribus aut omnino aut magna ex parte perire quā nūc supersint. Nā Ennii Pacuvii Nevii Cecily Plauti Ennii Lucily Accii Varj Calvi et quā plurimū aliorū nomina nix ad nos pervenire, Plauti vero Terentij Varronis, Salustij Ciceronis plurima scripta desiderantur. Quae omnia Quintilianus temporibus exstabant. Vnde facile cogi potest non inopia Latinorum scriptorum sed alia ratione linguam Gracam Latinam necessariam Quintilianū pronuntiasse. Quod ea scilicet à Graca tanquam infantulus ab ubere matris pendens disungi sine magno detrimento nō possit. Postremo siue hac siue alia ratione ita ille senserit recte procul dubio sensit. Nā quotidiana experimento ita esse manifeste cōprehendimus. a principio enim usq; ad hanc aetatem scriptorū neminē satis excelluisse videmus, qui quidem Gracica fuerit expertus eruditionis. Quae pra Gracarū litterarū dignitate tuenda dici possent pleraq; complexi sumus siquidem restant & alia in hanc ipsam sententiam, quae consulto praterēda censuimus, cum breuitatis studio tū quod his quae diximus quāvis superstitiosus animus contentus esse possit. Nam de honestate ipsius copiose egimus, utilitatem cumulate ostēdimus necessitatem manifeste demonstravimus. Illā denique cum facundia ac sermonis potentia tum magnorum scriptorum copia caterarum linguarū principem comprobavimus. Quod hactenus mortalium testimonijs comprobatum ipsius quoq; summi maximi de suffragijs cōfirmatū cōtestamur. Qui reuelata facie novi testamenti fidelibus sacri dogmatis praecepta traditurus

per sua legis promulgatores omnium linguarum sancti spiritus illustratione peritos Graciam linguam potissimum elegit, cui mandatorum suorum sacramenta committeret. Caterum, quod unum duntaxat super est, nos omnes hortor & admono, quibus doctrina pariter & eloquentia pectus amore succenditur, ut huius diuina linguae facultatem totis viribus amplectamini ac prosequamini. huic incumbatis & insudetis uberes fructus studiosi uestri laboris maturo tempore collecturi. Fauet temporis opportunitas: hortatur librorum copia. Neque ego quantum in me est opera mea desiderari patiar, quam vobis publico privatoque officio non defuturam polliceor. Sed ut aliquando finem faciam praestantissimi viri vobis omnibus qui hoc rudimentum primi nostri certaminis honestare uestra frequentia officiose dignati estis, gratias ago quamplurimas, quandoque si diis placuerit grates cumulatius relaturus.

INDEX EORVM QVAE IN  
hoc volumine Poematum continentur.

|                         |                        |                         |
|-------------------------|------------------------|-------------------------|
| A.                      | De Amici reditu        | 84.                     |
| Ad Angelum Politianum   | Ad Alexium Lapaccinũ   |                         |
| pag. 40. & 76.          | 79. & 89. & 97. & 101. |                         |
| Ad Amicũ 77. & 48 & 68. | Antonij Adlii Epitaph. | 89.                     |
| De Amore glaciẽ torpen  | Aegloga                | 98.                     |
| te                      | 74.                    | In Amorem               |
| Ad Angelũ de Aretio     | 79.                    | In Amicam fugientẽ      |
| De Amicæ uultu & mori   |                        | In Amicam ingrata       |
| bus                     | 82.                    | Ad Aulum                |
| Ad Alexãdrũ Pacciũ      | 84.                    | Ad Amicum sua culpa re- |



|                           |           |                            |           |
|---------------------------|-----------|----------------------------|-----------|
| lietum                    | III.      | de Equo                    | 702       |
| Alexandræ Scalæ epitaphi  |           | In Ecnonium                | 104       |
| um                        | III.      | In Episcopium              | 125.      |
| εἰς ἄγῳνιστὸν             | 119.      | In Eum qui se ipsum occi-  |           |
| In Atim                   | 119.      | derat                      | 652       |
| Ad amicū 74. & 124. & 127 |           | ad Febrem                  | pag. 532  |
| Ad amicum longe in habi-  |           | ad Fulviam                 | 77. & 78. |
| tantem                    | 127.      | ad Formosum                | 88        |
| Aeluromyomachia           | 265.      | In Franciscum              | 104.      |
| ad Bernardum              | pag. 30.  | Francisci Valorii Epita-   |           |
| ad Bibliopolam            | 55.       | phium.                     | 1151      |
| de Baldulo Paride         | 62.       | De Fratris immatura mor-   |           |
| ad Bassum                 | 63.       | te                         | 122.      |
| εἰς βῆρον                 | 118.      | de Flagitiis fuit temporis | 127       |
| In Catonē Priscum         | p. 43.    | Ad Gallam                  | pag. 82.  |
| Ad Candidum               | 64.       | Gaudantonii Vespuccii e-   |           |
| Consolatio ad amicū       | 70.       | pitaphium                  | 108.      |
| Candido & Russo           | 77.       | In Gauranum                | 122.      |
| de Catonē                 | 88.       | e Græco                    | 116.      |
| Consilium                 | 89.       | ad Hylam                   | pag. 64.  |
| Campana loquitur          | 110.      | ad Iohannem Baptist. Ri-   |           |
| Caroli Epitaphium         | 112.      | nerium                     | pag. 33.  |
| ad Carillum               | 116.      | ad Iacobum                 | 36.       |
| Ad Cosm. Medicem          | 130.      | Insigne triū Cassidū       | 40.       |
| de Cupidine               | 126.      | Iohannis. N. epitaph.      | 55.       |
| Cosmo Medici.             | 132.      | de Infante                 | 74.       |
| ad Disphilum              | pag. 85.  | ad Iacobū Nardū            | 78 & 81   |
| ad Despatam               | 90.       | ad Iohannem Bapt. Sote-    |           |
| Dehortatur amicum ab a-   |           | rinum                      | 48.       |
| more Laidis               | 112.      | ad Iohannē Oricellar.      | 102       |
| In Davidā Regem           | 114.      | In Iohannem                | 105.      |
| Emporii fosse             | pag. 40.  | In laudem Cosmæ Pacci      |           |
| In Edentulum              | 55. & 56. | & Petri Soteriui           | 38.       |
| Epitalamium               | 56.       | Liuisonis pons             | 30.       |
| In Eum qui sibi sapercui- |           | de Laurentio Medice        | 33.       |
| debetur                   | 56.       | ad Lycum                   | 43.       |
|                           |           | In Lycum                   | 66.       |

|   |                    |  |                |
|---|--------------------|--|----------------|
| In laudatoré Marulli                    | 74.                | De Puero male præcin.  | 88             |
| Ad Lycorim                              | 75.                | De Puero fugiente  | 90.            |
| Laus                                    | 103.               | De Puero pulchro ac mo-<br>rigerato                          | 104.           |
| De Leonardo de Aretio<br>Pictore        | 110.               | In Puerum  | 105.           |
| In Laurentium in studiis<br>infanientem | 110.               | Pueri cuiusdâ Epitap.  | 108            |
| Lucæ de Albicis laus                    | 111.               | In Parvulum quendâ   | 110.           |
| In Lucretiâ Medicem                     | 113.               | In Puellam uanam   | 110.           |
| Leonidæ                                 | 117.               | εἰς ΠΛΑΤΩΝΤΑΣ  | 118            |
| Leon. in Cantore                        | 117.               | Pandulfi Lunæ Epit.  | 118.           |
| Liber ad lectores                       | 123                | Petri Criniti epitap.  | 104.           |
| Lælio taurello fanēsi                   | 132.               | Ad Rancidum  | pag. 68.       |
| De Lingue Græce laudi-<br>bus oratio    | 301.               | De Râcido  | 69. & 70. & 76 |
| De Malanto                              | pag. 54.           | In Sodalē officiosū  | p. 67.         |
| De Musca                                | 75.                | In sodalem superbum  | 68             |
| Marsilii Ficini Epitap.                 | 81                 | In superbum  | 68.            |
| Ad Machrinum                            | 82. & 85.          | De se ipso   | 73 & 117.      |
| De Marulli obitu                        | 88                 | De se & Amico  | 73.            |
| De Marte & puero                        | 114.               | De senē repuerescente  | 86             |
| In Matthiâ Corninū                      | 115.               | Insuperbientem   | 110.           |
| Mathiæ Cornini Epit.                    | 116                | Stratonis ex græco   | 118.           |
| Ad Naldū Naldinū                        | p. 41.             | De suo ipsius Fratre   | 125.           |
| Ad Nemiscum                             | 64.                | Sylua prima  | 135.           |
| Nicolepto Louacino                      | 131.               | Sylua II.  | 142.           |
| Ad Nicolaum Rodulfum<br>cardin.         | 132.               | Sylua III.   | 175.           |
| In Perfidum                             | pag. 29.           | Sylua IIII   | 185.           |
| In Pornicum                             | 31.                | Sylua V  | 190.           |
| Ad Paulū                                | 32. & 90. 113. 115 | Sylua VI. in laudem Iulii<br>Medicis Cardinal.               | 206            |
| De Pornico                              | 36.                | Sylua VII. in laudem<br>Andræ Dorii                          | 252.           |
| In Pedagogum                            | 68.                | Sylua VIII. in laude Cos-<br>mæ Med. Illustriss. Du-<br>cis. | 442.           |
| De Pineæ Nucis                          | 69.                | De Terabō & Paride   | p. 63          |
| De Patre & Filio                        | 75.                | De Téporis velocitate  | 88             |
| De Psittaco                             | 75.                | Thalamus pictus  | 107.           |
| De Puero quodam                         | 77.                |  |                |

|                      |      |                           |      |
|----------------------|------|---------------------------|------|
| In turdos            | 113. | In versus alienos sibi ad |      |
| Ad Thaliā            | 123. | scribentem                | 115. |
| Thomę soterini epit. | 124  | Vmbram alloquitur         | 120. |
| Ad telefinā          | 126. | Verna profectio           | 253. |
| De vict.             | 35.  | De Venere & Pallade       |      |
| De veritate          | 73.  |                           | 300. |
| De vere iam redeūte  | 112. | In Zopirū Athletam        | 113. |

| Errata sic |         | corrigito.     |     |
|------------|---------|----------------|-----|
| Pag. 7     | Verf. 4 | immites.       | 150 |
| 10         | 8       | locum          | 151 |
| 14         | 4       | subiuga cōie   | 164 |
| 28         | 16      | diu            | 171 |
| 32         | 1       | ab Indis       | 173 |
| 35         | 14      | Atque (ctos    | 191 |
| 37         | 4       | signat ad ar-  | 199 |
| 59         | 6       | gratulatur     | 209 |
| 61         | 30      | meus           | 213 |
| 64         | 12      | quod te        | 215 |
| 70         | 13      | morte          | 218 |
| 77         | 24      | De quodam      | 234 |
| 99         | 19      | turbatum       | 236 |
| 112        | 17      | procelliferami | 239 |
| 117        | 12      | Symilus orige  | 240 |
| 119        | 14      | ὄντι (ne       | 246 |
| 129        | 5       | ὄλβιος. ἀνασσα | 356 |
| 132        | 9       | ista Pelet     | 263 |
| 133        | 22      | iisque         | 269 |
| 134        | 12      | ferunt         | 269 |
| 134        | 27      | equis          | 273 |
| 137        | 14      | monstratas     | 299 |
| 144        | 16      | pollens        | 283 |
| 149        | 17      | ceciderunt     | 288 |
|            |         |                | 292 |
|            |         |                | 13  |
|            |         |                | 7   |
|            |         |                | 19  |
|            |         |                | 15  |
|            |         |                | 30  |
|            |         |                | 17  |
|            |         |                | 21  |
|            |         |                | 21  |
|            |         |                | 7   |
|            |         |                | 5   |
|            |         |                | 18  |
|            |         |                | 9   |
|            |         |                | 16  |
|            |         |                | 5   |
|            |         |                | 10  |
|            |         |                | 10  |
|            |         |                | 1   |
|            |         |                | 19  |
|            |         |                | 25  |
|            |         |                | 29  |
|            |         |                | 2   |
|            |         |                | 29  |
|            |         |                | 27  |
|            |         |                | 22  |
|            |         |                | 26  |

F I N I S.

23



31  
17  
82



